

ARISTOTELIS


DE REPREHENSIONIBUS

FALLACIBVS ET CAPTIO-

SIS, LIBER,

*Ioachimo Perionio Cormæriä-
ceno interprete.*

EDITIO SECVNDA.



P A R I S I I S,

Apud Ioannem Lodoïcum Tiletanum,

ex adverso collegij Remensis.

M. D. X L V I I.

REVERENDISSI-

MO IN CHRISTO PATRI,

Ioanni Bellaio Cardinali, Episcopo Parisiensi,

Abbatique Beati Pauli apud Cormæriacũ

Ioachimus Perionius Benedictinus

Cormæriacenus.

S. P. D.



*S*i disciplina, quæ hoc Aristotelis de reprehensionibus Sophistarum libro continetur, quem ad te mittimus, Ioannes Bellai Cardinalis clarissime, longè diversa est & abhorrens ab ea, quam libri Topicorum eiusdem, qui anno superiore sub tuo nomine apparuerunt, profitentur: tamen non minorem hic vnus fructum, quàm octo illi, si rem verè æstimare volumus, pollicetur. Ut enim virtuti frustra datur opera vitiis incognitis, propterea quòd virtutibus vicina sunt vitia, quæ specie ac simulacro virtutis facile ignaros capiant: sic inanis labor is futurus est omnis, quem quisque in vera differendi ratione, quæ libris illis traditur, consumet, nisi captiosas ac fallaces Sophistarum & interrogationes & reprehensiones habeat cognitæ. Quòd si eò adhuc omnes hanc ipsa artem, cuius causâ inuenta & constituta est, retulissent, certè Dialecticæ, quæ omnes bonæ artes continentur, & minus inuisam atque suspectâ aliquando vidissemus, & nunc meliorem pleniorémque haberemus. Nunc cùm plerisque studio fuerit, his quasi armis, quibus

a ij

recti se facile contra hostium insidias tutari potuissent, improbè uti contra veritatem: nos quantum in discrimen res ad-
ducta sit, videmus. In quo non doctrinam ipsam, quæ Sophi-
starum in disputando vitia proponit, non ut imitentur ipsi,
sed ut eis resistamus & occurramus, sed deprauatos mores
eorum, qui rem bonam ac salutarem ad interitum veri con-
uertunt, reprehendere debemus. Quòd si hi reprehendendi, il-
li contrà laudandi sunt, qui ne Sophistarum captionibus cir-
cumscripti nos & decepti, à veritate descisceremus, quemad-
modum eis occurreremus, tradiderunt. Quæ si hoc libro per-
fecit Aristoteles, facile quanta ei laus debeat intelligi-
mus. qui cum hoc videret, non tam prodesse rectam de quaque
re disputandi viam posse, si traderetur, quàm obesse fallacem,
si incognita esset, utrumque genus persecutus est. Quibus re-
bus facile perspicitur, amplissime Cardinalis, cur hunc etiam
ad te librum miserim. est enim hac inueniendi particula
quædam. quòd feci libentius, ut cum à nobis priorem illam ac
veriore partem accepisses, hanc etiam acciperes nō mi-
nus necessariam: ut non multis, sed vno te patrono tota inue-
niendi ratio niteretur. Quòd si hanc tibi non minus quàm il-
lam probari, ut summa tua humanitate fretus confido, sense-
ro, erit certè, cur cupidius multa alia quæ in alio genere affe-
cta sunt, in tuo nomine exire in vulgus velim. Vale amplissi-
me Cardinalis. Lutetia Parisiorum X. Cal. Apriles.
M. D. XLII.

ARISTOTELIS

DE REPREHENSIONIBVS FALLACIBVS ET CAPTIOSIS LIBER,

Ioachimo Periönio Benedictino

Cormoeriäceno interprete.

DE reprehensionibus fallacibus, iisque quæ reprehensionis speciem præ se ferunt, cum captiones sint, non reprehensiones, hoc ego sermone dicere institui. In quo à primis & elementis, naturæ ordinem secutus, ordiar. At illud quidem perspicuum est, alias esse ratiocinationes, quæ verè propriæque dicantur: alias, quæ illarum speciem & similitudinem imitentur. Quod quidem ut in cæteris rebus, sic in sermonibus propter similitudinem solet contingere. Ut enim in aliis hominibus vera corporis constitutio inest, in aliis eius imago ac species, quod ordinis sui more se ipsi inflant & comparant, quorum illis elegantem honestamque faciem forma, his fucus largiatur: sic in rebus inanimis contingit, quarum partim argentum sunt reuera, partim aurum: aliæ non propriè veræque dicuntur, iudicio tamen sensus videntur. qualia sunt lithargyrina & stannea, quæ argentea: & felle infecta, quæ aurea videntur. Eadem est ratio ratiocinationis & reprehensionis, quarum alia verè dicitur, alia non: sed quædam illius, quod ignaros decipiat, species ac simulatio. Imperiti enim res veluti de longinquo prospiciunt. Ratiocinatio enim est ex nonnullis, quibus positis, aliquid aliud præter ea quæ posita sunt, ex his ipsis necessariò efficitur. Reprehensio autem ratiocinatio est cum oratione contraria conclusionis. Aliæ autem id non efficiunt, & tamen efficere videntur, idque multis de causis: quarum quæ nominibus fit, ea fucata est & maxime popularis. Nam quoniam non licet nobis vnà ferre nobiscum ipsas per se res de quibus disputemus, uti

a iij

murque pro rebus verbis, quasi quibusdam notis, quod in verbis incidit, idem in rebus euenire existimamus. quemadmodum in calculis vsuuenit iis qui rationem subducunt. Quamquam non est eadem huius rei verborumque ratio, propterea quod nominum certus est numerus, orationumque definita copia: rerum autem numerus est incertus. Ita eadem oratio, vnusqueque verbum multa declarat necessarió. Vt igitur illic à peritis falluntur ij qui rationes subducere nesciunt: sic in disputationibus ij qui verborum vim ignorant, facile, & cum ipsi disputant, & cum alios disputantes audiunt, falluntur atque capiuntur. Atque hæc quidem causa est, aliæque permultæ quas exponemus, ex quibus ficta & simulata nata ratiocinatio & reprehensio est.

Cap. 2. Quando autem quibusdam vtilior & melior est sapientiæ opinio ipsa sapientia detracta opinione (est enim Sophistice simulachrum simulatioque sapientiæ, non vera sapientia, & Sophistes is qui simulatione specieque sapientiæ, non vera sapientia quæstum facit) profectò hi tales homines fateantur necesse est, malle se videri sapientis fungi officio, quam fungi non videri. Est autem eius qui singularum rerum scientiam tenet officium, iis in rebus quas quidem cognitas meditatúsque habeat, nec fallere nec decipere, alteriusque nodos & captiones indicare posse. quorum hoc in eo positum est vt rationem reddere: alterum in eo, vt exigere possis. Quocirca qui sophistæ esse volunt, eos necesse est genus harum disputationum exquirere & adipisci. est enim in promptu. quandoquidem hac ipsa facultate, id quod volunt, sapientiæ simulachrum assequuntur. Illud igitur perspicuum est, tale genus esse disputationum, eamque vim & facultatem eos expetere quos sophistas vocamus. Deinceps sequitur, vt quot genera sint disputationum captiosarum, quotque ex partibus hæc ipsa constet facultas, & quot sint nostri instituti partes, & de iis quæ ad hanc artem pertinent, disseramus. Sunt igitur disputationum genera quatuor. Aliæ enim ad docendum, aliæ ad differendum valent, partim tentandi & experiundi, partim studio certandi instituuntur. Sermones ad docendum comparantur ij, qui ex propriis veris que initiis artium omnium, non ex responden-

tis arbitrio sententiaque concluduntur. Debet enim is fidem adhibere qui discit . Ad differendum autem valent ij qui ex probabilibus aliquid contrà quàm dictū est, efficiunt. Tētan- di autē experiendique gratia suscipiuntur ij, qui ex iis conclu- dūt quæ probat is qui respōdet, quæque tenere debet necessa- riò is qui sibi artē arrogat. Quo de genere alio loco diximus. Certandi autem studio adhibentur, qui ex iis quæ probabilia videntur nec sunt, aliquid concludunt, aut ij qui speciem præ se ferunt conclusionis. Ac de iis quidē qui ad docendū demō- strandūque comparantur in Analyticis differuimus . de iis autem quæ ad differendum & tentandum, in superioribus. de iis quæ certandi studio, nunc dicendū est. Sed primū intel- ligendū est quot proposita sint quæ assequi nituntur ij qui cer- tandi vincendiq; studio disputant. Sunt autem numero quin- que, reprehensio, falsum, admirabile & cōtra opinionē, solœ- cismus, & quintum, facere vt nugetur is qui contrà disputet. quod in eo positū est, vt sæpe idē iterare cogatur: aut quod nō est quidē, sed speciē quandā præ se fert illorū omniū. Volunt primū illi quidem ac maximè videri coarguere eos qui con- trā disputant. deinde falsum aliquid ostēdere, tum ad aliquid quod est contra opinionem omniū cōpellere, tum ad solœci- smum impellere, id est, facere vt barbarē loquatur ex disputa- tione is qui contrà disputat. postremū omnium idē sæpe dice- re. Genera autē coarguendi & reprehendendi sunt duo. Aliæ enim reprehensiones in verbis sunt, aliæ in rebus. Eorum quæ in verbis spectantur, & falsam sui speciē exhibent, sex genera sunt, homonymia, ambiguitas, adiunctio, distinctio, accen- tus, forma orationis. Atque illud & inductione & ratiocina- tione, siue alio aliquo argumēto doceri potest, tot nos modis iisdem verbis & orationibus non eandem res solere declara- re. Ex homonymia autem captiones ducūtur hoc modo. Qui sciunt, discunt. quæ enim memoriæ prodita sunt, discunt grā- matici, Discere enim homonymum est. nam & scire is dici- tur qui doctrina vtitur, & is cui ars traditur . Eiusdem generis illud est, mala esse in bonis. quoniam quæ oportet facere bo- na sunt, & mala oportet facere . Dupliciter enim oportere di-

Cap. 3.

citur, quod necessarium est, id quod etiam in malis sæpe contingit: propterea quòd malum aliquod necessarium est, & bona oportere fieri dicimus. Simile illud est etiam, Eundem sedere & stare, ægrotare & valere. Qui enim surgit stat, & qui curatur valet. Atqui surgit is qui sedet, & curatur qui ægrotat. sed ægrum aliquid facere aut pati & accipere, non vnum aliquid declarat: verum interdum eum hoc tempore ægrotare, aut sedere, interdum eum antehac ægrotare, & tamen verum est eum curatum esse qui ægrotat, at valere non cum ægrotat: & ægrotare non nunc quidem, sed prius. Ex ambiguitate hoc modo, Velle me hostes capere. Et, num quod quis cognoscit id cognoscitur? fieri enim potest, vt & is qui cognoscit, & id quod cognoscitur pro eo qui cognoscit, hac oratiõe exponatur. Cuius generis est illud, Num quod quis videt, id videt? columnam autem videt, videt igitur columna. Itẽ illud, An quod tu ais esse, id tu ais esse? ais autem lapidem esse: tu igitur lapidẽ esse te ais. Et, liceátne *σγδντα* loqui? Ambiguũ est enim etiam *σγδντα* dicere, vt & eum qui dicit, & ea quæ dicuntur, tacere intelligamus. Sunt autem tria genera eorum quæ per homonymiam & ambiguitatem fiũt. Vnum, cũ oratio vel verbũ aliquod propriẽ multa significat, vt aquila vel canis. Alterum, cũ soliti sumus ita dicere. Tertium, quando coniuncta verba multa significant, separata vnũ. quale est scire literas. vtrunque enim & scire, & literẽ, fortasse vnum aliqd per se significat, coniuncta autem plura, aut ipsas literas habere scientiam, aut alium habere literarum sciẽtiam. Ac homonymiæ quidẽ & ambiguitatis genera exposita sunt. Ex coniunctione autem hæ sunt orationes, hoc modo, sedentem ambulare posse, & eum qui non scribat scribere. Neque enim idẽ significat, si quis distinctione vtatur in proferendo, quod si cõiunctione. vt posse eum qui sedeat ambulare, & eum qui non scribat, scribere, idem quod si quis cum adiunctione dicat, eum qui non scribat, scribere. Significabit enim eius eam vim esse, vt cùm non scribit, scribere queat. at si nõ adhibeat adiunctionem, eum posse, tum cùm non scribat, scribere. Et discere hoc tempore literas, siquidẽ didicit quæ sciebat. Et eũ

qui vnum tantummodo possit ferre, multa ferre posse. Ex distinctione hoc modo, quinque sunt tria & duo, & par numerus & impar. Et illud, Quod maius est æquale esse, propterea tantum est, & eo amplius. Non enim semper idem distincta, quod coniuncta eadem valet oratio. Cuius generis illa est, Ego te feci seruum existentem liberum. Et illa, Quinquaginta virum centum heros liquit Achilles. Accentus autem ratio facit, ut in iis quæ scripto non constant, qui differunt non facile sermonem habere possint: in iis quæ scripto constant, & in poematibus facilius possint. Quo in genere Homerum nonnulli corrigunt, & defendunt aduersus eos qui eum coarguunt, quasi absurdè dixerit, Hoc & putrescit imbre. Quod illi dum accentu dissoluunt & explicant, & acuto tono aiunt notatum. Et illud de Agamemnonis somnio ita explicant, ut dicant non ipsum Iouem dixisse, se dare victoriam velle, sed eum somnio id dedisse mandatum. Ab accentu hæc nascuntur omnia. Ex forma autem orationis eueniunt, cum non idem eodem modo exponitur. ut si quis virile nomen pro muliebri dicat, aut muliebre pro virili, vel quod his interiectum est pro altero, aut quantitatem pro qualitate, aut qualitatem pro quantitate, aut quod facit pro eo quod patitur, aut quod affectum sit pro eo quod facit, & si qua sunt alia eiusdem generis. Licet enim aliquid quod non est in iis quæ faciunt sic oratione explicare, ut si in iis quæ faciunt esset. ut valere eadè orationis forma qua secare, aut ædificare dicitur, cum interim illud quale quid & affectum quodam modo, hoc aliquid facere declarat. Quod eodè modo de aliis iudicandum est. Ex his quidè locis reprehensiones eæ quæ ex verbo existunt, ducuntur. Re-
rum autem captiosa sunt genera septem. Vnum ex accidente. alterum cum omnino aut non omnino: sed quodam modo aut alicubi, aut aliquando, aut collatum cum aliquo dicitur. tertium ex reprehensionis ignoratione. quartum à consequentibus. quintum ex eius quod initio dictum est petitione. sextum cum pro causa id quod non est causa ponitur. septimum cum rogata plura pro vno proponuntur. Ac ex accidente quidem tum captiosa est & fallax conclusio, cum aliquid eodem mo-

Cap. 4.

b

do rei atque accidenti volunt conuenire . Quando enim eadem rei multa accidunt, profectò non est necesse ea omnia & iis omnibus quæ dicuntur, & ei de quo dicuntur, conuenire. Sic enim futura sunt eadem omnia, vt sophistæ contendunt: vt si Coriscus ab homine diuersus est, ipse à se, quia homo est, diuersus erit. Aut, si Coriscus alius est, alius Socrates, & Socrates homo est, Coriscum ab homine diuersum aiunt esse concessum: propterea quòd accidit, vt is sit homo à quo ille dictus est esse diuersus. Ex eo autem quòd hoc vel illud omnino dicitur, aut quodammodo, nõ propriè, tum captiosum nascitur genus cõcludèdi, cū id quod in parte dicitur, vt omnino & in totum dictū esse sumitur. vt si res quæ nullæ sunt sumantur nõ esse opinabiles, & cõcludantur res quæ nullæ sunt esse. neq; enim idè valet esse quadā ex parte quod esse omnino. Aut si aliquid quod est non esse sumatur, q̃ rerū quæ sunt aliqua, vt homo, non sit. Neq; enim nõ esse aliquid, idè quod non esse omnino, efficit. Sed quia vicina sunt & finitima hæc dicendi genera, esse aliqua ex parte & esse : item non esse aliqua ex parte & non esse, neque inter ea multum interest, ob eam causam idem valere & efficere videntur. Similis est ratio illius generis quod ex his duobus nascitur, quodam modo, & omnino. vt si Indus omnino niger, candidis sit dentibus, ex eo quæ albus & non albus concludatur, & si vtrunque quodā modo conueniat, ex eo eidem contraria cõuenire, Atque hoc quidem genus captiosi argumenti in nonnullis facile est perspicere omnibus, vt si quis sumpto eo. A Ethiopem nigrū esse, an candidis dentibus sit, requirat : & absoluta interrogatione, si hac ex parte sit albus, illud eundem nigrum & non nigrum esse, disputando effectum esse & conclusum putet. Sunt autem quædam in quibus id obscurum est frequenter, cuius generis ea sunt omnia, in quib⁹ cū illud ipsum quodā modo & quadam ex parte dicitur, illud etiam omnino consequens videtur. Item quæ, ea omnia in quibus nõ est facile perspicere, vtrum eorum rectè dandum sit. qualia sunt ea omnia quibus pari iure & æqualiter contraria conueniunt. Videtur enim aut vtrunque aut certè neutrum dandū esse dici omni-

no. vt si quid ex dimidia parte sit album, & dimidia altera nigrum, id quæatur album sit an nigrum. Ea autem captiosa argumenta, quæ ex eo oriuntur, quia quid ratiocinatio sit, quid reprehensio, non expositum sit, ex prætermissione definitionis eueniunt. Est enim reprehensio, oratio contraria vnus eiusdemque non verbi sed rei: & verbi non synonymi, sed eiusdem: quæ quidem ex iis quæ data sunt & concessa efficitur concluditurque necessario, non adiuncto eo quod initio dictum est, quod eadem ex parte, & in eadē re, eodēque modo, & in eodem tempore dicatur. Eodēque modo falsum quid de aliquo dici potest. Sunt etiam quidam qui alicuius eorum quæ exposita sunt prætermissione, videntur resellere. vt eandem rem duplam esse, & non duplam. duo enim vnus esse dupla, trium non esse dupla: aut si eadem res eiusdē dupla sit & non dupla, sed non ex eadem parte, vt longitudine dupla sit, latitudine autē non dupla: aut si eiusdem rei sit & eadem ex parte, eodēque modo, sed nō eodem tempore, ita speciem præ se ferunt reprehensionis. Quod quidem genus ad ea quæ ex verbo existunt, referri potest. Quæ autē ex sumptione & repetitione eius quod initio dictum est, eueniunt, totidem modis existunt, quot potest repeti id quod initio dictū est. Reprehendere autem in hoc genere videntur propterea quod quid idem sit, quid alterum, non possit perspicui. Ex consequentibus captiosum genus reprehendendi ex eo nascitur, quia retro vicissim consequens commeari putetur. Quando enim si hoc est, illud esse necesse est, putat si illud sit, alterum etiam esse necessario. Ex quo fallaciæ & captiones quæ in opinionione è sensu natæ confidunt, oriuntur. sæpe enim fel esse mel existimamus, quoniam flauus color mel sequitur. Et quia si pluit, sequitur vt terra madescat: vicissim si madesca sit, pluisset etiam putamus. quod non est necesse. In arte autem rhetorica argumenta quæ per signa tractantur, sunt ex consequentibus. Ad probandum enim aliquem adulterum, id quod consequens est sumunt, eum comptum esse, aut eum noctu errantem videri. quæ quidem in multis reperiuntur: ea autem quæ

dicuntur, non item. Quod idem fit in iis artibus quæ ad concludendum efficiendumque valēt. Cuius generis est illa Melissi conclusio, infinitam esse vniuersitatem, assumpto illo, vniuersitatis nullum esse ortum. ex eo enim quod non est, nihil gigni posse: quod autem ortum habuit, ex initio natum esse. Si igitur non est generata, initium non habet vniuersitas. Ita infinita est & interminata. Quod certè non efficitur necessariò. nō enim si quicquid natum est, id initium habet: iccirco vicissim siquid initium habet, etiam natum est. sicut nec si qui febre iactatur, calidus est: necesse est eum qui calidus est, febre iactari. Reprehensio autem captiosa ex eo quod pro causa id quod causa non est, ponitur, tum existit, cum id quod causa non est assumitur, quasi ex illo reprehendendi nascatur occasio. quod in ratiocinationibus contingit iis quibus alij incommodo vrgentur: quoniam iis ipsis necesse est aliquid eorum quæ posita sunt refellere. Si igitur in necessariis interrogationibus ante cōclusionem enumeretur id quod efficitur & concluditur fieri non posse, ex eo sæpè nasci videbitur reprehensio. vt si animus idem quod vita. Si enim interitui ortus est contrarius, etiam alicui interitui ortus aliquis contrarius erit: mors autem quidam est interitus, & contraria vitæ est: ortus igitur vita est, & viuere oriri. quod fieri non potest. Non igitur idem est animus quod vita. Ita non effectū est, animum idē quod vitam esse (efficietur enim ac concludetur ex eo id quod fieri non potest, etiam si quis neget animum idem esse quod vitam) sed solū vitam morti, quæ est interitus, & interitui ortum esse contrarium. Argumenta igitur huius generis non sunt illa quidem omnino infirma ad efficiendum aliquid, sed ad id modò quod positum est cōcludendum nihil valent, quod tamen genus latet plerunque eos ipsos qui interrogāt. Atque ex cōsequētibus, & ex eo quod pro causa, id quod non est causa, ponitur, quæ argumenta captiosa ducerentur, exposui. Ex eo autem quod duæ interrogationes pro vna habentur, tum existunt cum ignorantur multæ esse, & ad eas tanquam vnā sit, semel respondemus. Ac nonnullas quidem interrogationes multas esse facile est cernere,

neque respondendum esse. cuius generis illa est, Sítne terra mare, an cœlum? In quibusdam difficilius est hoc perspicere. Nā tanquā vna sit, aut concedunt, propterea quòd ad rogatum non respondent, aut coargui videntur. quo ex genere illa est, An hic & ille homo est? Si quis igitur hunc & illum seriat, hominem, non homines feriet. Item hæc, propositis multis, quorum partim bona sunt, partim non bona, sintne bona omnia, an non bona? vtrunvis enim respondeat, vel reprehensionem causam dabit, vel certè id quod perspicuè falsum est, dicere videbitur. Dicere enim aliquid eorum quæ non sunt in bonis, bonum esse, vel eorum quæ in bonis sunt, non bonum, falsum est. Interdum assumptis quibusdam vera erit reprehensio. vt si quis det eadem ratione vnum, multaque dici alba, nuda, & cæca. Si enim cæcum, id est, quod non despiciat: & cui naturâ aptus est aspectus, etiam cæca erunt ea quæ sensu oculorū carēt, qui eis naturâ sit aptus. Propositis igitur duobus, quorum vnum videat, alterum non videat, vtrunque aut despiciet, aut cæcum erit, quod fieri non potest.

Omnes quidem ratiocinationes quæ propriè vereque non dicuntur, sed has imitantur fallaciter: omnesque reprehensiones aut in has quas exposuimus formas tribuendæ sunt, aut certè omnes ad reprehensionis ignorationem redigendæ atque reuocandæ. Nam, vt hinc potissimum exordiar, omnia genera quæ exposui, sub definitionem reprehensionis concludi licet. Primùm, si nihil valeant ad efficiendum aliquid, quòd cùm ex iis quæ posita sunt effici debeat conclusio, necessariò etiam dici, non videri dici debent omnia. Deinde ex singulis etiam definitionis partibus id perspicui potest. Eorum enim captiosorum argumentorum quæ in verbo spectantur, alia ex eo quod multis modis dicitur, ducuntur, vt homonymia, vt ambiguum, vt similis forma. Solètenim hoc vel illud significare omnia. Adiunctio autem & distinctio, & accentus, q̃ non sit eadem oratio, aut nomē quòd differat. Atqui vt res eadem, sic eadem oratio & verbum debet esse, si futura sit vera reprehensio aut ratiocinatio. vt si hoc concludendum est, vestem non esse tunicam, sed vestem. Quanquam enim id verum est,

b iij

non tamen est effectū, sed præterea questionem vnā quod idē indicet opus est ponere ei qui causam requirat. Quæ autem ex accidēte ducūtur, definita ratiocinatione perspicui possūt, quādo quidem etiam reprehensionis eadē debet esse definitio, nisi quod contrariæ orationis nomen addendum est. Est enim reprehensio enunciationis contrarię conclusio. Quod si accidēs non concluditur, non reprehenditur. Non enim si his positis, illud effici necesse est: hoc autem albū est, necesse est illud album esse ex conclusione. Nec si triāgulus duobus rectis pares habet angulos, ei autē accidit vt forma sit, aut primū aut principiū efficitur vt forma aut initium aut primū sit. Non enim quia forma sit, aut quia principium aut primū, sed quia triāgulus, necessaria fuit conclusio. Eadem est ratio cæterorum. Si igitur reprehensio quadam ratiocinatio est, nunquam certē reprehensio valebit, quæ ex accidente ducetur. quinetiam ex eo artifices, ac omnino docti ab infciis coarguūtur, propterea quod ad doctos ratiocinationes ex accidente adhibent. At hi quoniam non possunt explicare, aut rogati concedunt, aut etiā si non dent, tamen se dedisse putant. Quæ verò ex eo quod ex parte & in totū dicitur sumuntur argumenta, intelligi possunt, quod non in eodem in quo affirmatio, etiam negatio dicitur. Cū enim rei quæ quadam ex parte alba est, illa quæ aliqua ex parte non est alba, & eius quæ omnino est alba, illa quæ omnino non est alba, negatio sit: si quis det aliquid esse quadam ex parte album, & omnino id album esse alter accipiat: eius profectò nulla erit reprehensio, etiam si ignoratione naturæ reprehensionis esse videatur. Facillimè autem ex omnibus quæ suprà sunt expōita, ea quæ ex reprehensionis definitione sumuntur intelligi possunt. itaque hoc nomen habuerunt. Prætermisione enim verbi aut orationis videntur esse quæ non verè dicuntur reprehensiones. Quæ si in has partes distribuuntur, in omnibus hæc ipsa definitionis prætermissio communiter & promiscuè adhibenda erit. Ea etiam quæ ex assumptione eius quod initio dictum est, eueniunt, & quod id causa ponitur quod non est causa, definitione reprehensionis explicantur. præsertim cū ob eam causam, quia

aliqua posita sunt, effici conclusio debeat. quod in iis quæ nō sunt causæ, non contingit: & tum sequi etiam debeat, cum id quod initio dictum est, non enumeratur. quam vim non habent ea argumenta captiosa quæ sunt ex eius quod initio dictum est, repetitione. Quæ autem sunt ex consequentibus, accidenti quasi partes subiiciuntur. Quod enim consequens est, id efficitur & concluditur, sed ab eo quod cōcluditur, differt, quòd id quod concluditur in vno solo intelligi licet, veluti quod flauum est idem est quod mel, & quod album est idem quod cygnus. At quod est ex consequente, semper in pluribus cernitur. Quæ enim res idem sunt quod vna & eadem aliqua, esse easdem æquum cēsemus. Ex quo cōsequentis nascitur reprehensio. Nec verò id omni ex parte verè dicitur, vt si quid album sit fortuito. Nix enim & cygnus idē sunt quod album. nisi fortè id in Melissi argumentatione perspicitur, in qua sumit & accipit natum esse idem valere quod principium habere, aut paria fieri idem esse quod eandem accipere magnitudinem. Nam quoniam quod natum est principium habet, ideo id etiam quod initium habet vult natum fuisse: quasi hæc duo idem declarent, propterea quòd initium habeat & quod natum est & quod finitum ac terminatū. Quod idem in iis quæ paria fiunt, & æqualia, cōtingit. Si ea quæ vnā & eandem magnitudinem sumunt, paria sunt, ea etiam quæ paria fiunt, eandem accipiunt magnitudinē. ita sumit id quod est consequens. Quando igitur reprehensio ea quæ est ex conclusione in reprehensionis ignoratione consistit, profectò etiam ea quæ est ex consequentibus: sed hoc genus aliàs tractabimus accuratius. Reprehensiones autem quæ ex eo oriūtur quòd ex multis vna sit interrogatio, ob eam causam eueniunt quòd vim naturamq; propositionis non explicamus, aut partimur. Propositio enim vnum de vno enunciat. quoniam vni⁹ solius rei & omnino rei vna definitio est, vt hominis & vni⁹ solius hominis, cæterarumque rerum omnium. Quod si vna sola propositio vnū de vno dicit, omnino etiam propositio erit quæ ex hoc genere est interrogatio: cumque ex propositionibus ratiocinatio constet, reprehensio autem sit ratioci-

Cap. 6.

natio, reprehensio etiam ex propositionibus erit. Si igitur vnum aliquid de vno enunciat pronuntiatio, certè ex ignoratione reprehensionis hæc quoque, quam tractamus, reprehensio nascatur necesse est. quippe cum ea quæ non verè dicitur, propositionis speciem præ se ferre videatur. Quòd si quis det responsum quasi vna sit interrogatio, reprehensionis verè locus relinquetur: sin secus, at dedisse videtur, falsa erit reprehensio. Quare hoc quidè confectū est, omnia hæc genera in reprehensionis ignorationem cadere, ac referri: ita tamen vt ea quæ in oratione & verbis cernuntur, ob eam causam referantur, quòd contrariæ enunciationis & repugnantiæ species quædam in eis existat, quod reprehensionis est propriū, cætera ex ratiocinationis definitione. Captiosa autè sunt & fallacia ea quæ ex homonymia & ambiguo eueniunt, tum denique cum distinguere non possumus id quod multis modis dicitur. quorundam enim non est facilis distinctio & explicatio. cuius generis sunt, vnum id quod est, & idè. Quæ autem ex coniunctione & distinctione ducuntur, ea captiosa sunt, propterea quòd nihil interesse putatur inter cōiunctam & distinctam verbis orationem. quod in plurimis cernere licet. Similis est eorū ratio quæ ex tonis oriuntur. neque enim aliud cōtenta aut remissa oratio declarare in vno videtur, nisi quod in pluribus: quæ verò ex forma dicendi existunt, captiosa sunt propter similitudinē orationis. Difficile est enim quæ eodem modo, quæ alio dicātur, explicare. quandoquidè is demum proximè ad veri cognitionem accedit, qui hoc ipsum præstare potest. idèmq; annuere & nutu indicare solet quod in vno dicitur id omne nos aliquid esse existimare, & pro vno accipere solere. quod vnum & naturā singulæ res & id quod est sequatur maximè. Quocirca in iis quæ ex verbis existunt, hoc genus ponendū est. Primū, quòd sapius aut facilius falli capi que solent ij qui inter se, quàm qui per se ac soli disputant, aut rem aliquam exquirunt & considerāt. Quæ enim cū alio instituitur disputatio & cōsideratio, in oratione: quam autè secum & per se quisq; meditatur, in ipsa potius re cernitur. Deinde tum denique falli solent ij qui ipsi per se

de re aliqua exquirunt quum tractationem & institutum ad orationē seu verba traducunt. Tum autē similitudine & specie veri fallimur. similitudo autem ex verbo nascitur. Quæ autem sunt ex accidente, propterea fallaces sunt cōclusiones, quia quid idem sit, quid aliud, quid vnum, quid multa, diiudicare non possumus. neque quibus verbis quæ de aliquo dicantur, nec cui rei hæc omnia conueniant. Quod eodē modo de iis quæ sunt ex cōsequentibus iudicandū est. Consequens enim pars accidentis est. Iam verò in multis hoc perspicitur, enūciaturq; hoc modo, Si hæc res ab illa nō diuellitur, nec altera ab altera. Quæ autē prætermissione definitionis, quæq; illis duobus, dici aliqua ex parte & omnino, eueniunt, captiosæ sunt, q̃ aut nulla aut parua eorū videtur distinctio. Qua si enim nihil efficiat illud quadā ex parte aut omnino aut quodā modo aut nunc, ita omnino concedimus. Similis est ratio earū quæ id assumūt, quod initio dictum est, & quæ non habēt vim efficiendi, quæque multas interrogationes ex vna faciūt. Error enim in his omnib⁹ versatur, q̃ parua distinctio videatur. neque enim in his subtiliter & accuratē, propter eā quam dixi causam, propositionis ratiocinationisq; definitionem exquirimus. Quoniam autem quot causæ conclusiones efficiant eas quæ non verè dicuntur, sed earum præ se ferunt speciem, tenemus, tenemus etiam causas fallacium & conclusionum & reprehensionū. Appello autē fallacē & sophistarum propriam conclusionem & reprehensionem nō solū conclusionē ac reprehensionē quæ non propriè verèque dicitur, speciesque est modò & simulatio veræ: sed eā etiā quæ vera est, ei rei, de qua agitur, accommodata est, fallaciter. Quo ex genere sunt eæ quibus ignari non in eo quod agitur arguuntur, & docentur. quod rationis tentandi est proprium. Est autem ratio tentandi pars dialecticæ, qua propter imperitiā eius qui dat conceditque argumentum, falsum concludi potest. at verò sophistæ etsi ratiocinationibus suis repugnantia concludunt, tamē, si fortē alij qui contrā disputant ignorent, minus ea exponunt. quibus argumentationibus etiam doctis & peritis tenebras offundunt. Atque eas nobis esse cognitās hac

Cap. 7.

etiam via & ratione intelligi licet. Nam quibus de cauſis au-
ditores putant aliqua quali rogata ſint, concluſa eſſe & eſſe-
cta, eadẽ cauſa ei etiam qui contrã diſputat, concluſionis
videbuntur: ita hæc ipſa vel omnia vel quædam cauſa ſunt,
cur falſæ ſint concluſiones. Cui enim quæſtio poſita non eſt,
& ſe dediffe & conceſſiſſe cõcluſionem putat, ſi interroga-
tus eſſet, dediffet: niſi, quod in quibuſdam ferẽ fit, vt ſimul &
antẽ id quod deeſt interrogemus, & falſum indicemus. Quo
ex genere ſunt eæ quæ in verbo & ſolœciſmo iuenſantur.
Quod ſi falſæ concluſiones contrariæ orationis & repugnan-
tiæ, ex reprehentione quæ ſimulata ficta quẽ eſt, exiſtunt: certẽ
à totidem cauſis concluſiones falſi efficiuntur, quot habet fal-
lax reprehentione. Fallax autem partes habet veræ. vniuſcuiuf-
que enim prætermiſſione exiſtet reprehentione, vt ex eo quod
non efficitur oratione & argumẽtatione, exiſtit argumentatio
ea quæ incommodo vrget, & ea quæ ex duabus vnam interro-
gationem facit ex propoſitione, & ea quæ ex accidente & con-
ſequẽtib⁹, quẽ pars eſt eius, ſumitur, ex eo quod per ſe & vi ſua
conuenit item quẽ ea quæ non in re, ſed in nomine verſatur.
præterea ex aliqua parte aut ex omnibus hiſ reprehentiones
videntur eæ, quæ omnino & totum dicunt, contrariam ora-
tionem aut ex eadem parte, & cum eadem re collatum & eo-
dem modo. ea etiam quæ ex eius, quod initio dictũ eſt aſſum-
ptione exiſtit, propter eius totius, quod initio conceſſum eſt,
enumerationem vitioſa eſt. Quapropter quæ ſint falſarum
concluſionũ cauſa, intelligemus. nam & plures non poſſunt
eſſe, & eæ quas expoſui, erunt omnium. Sophiſtarũ autẽ re-
prehẽſio nõ omnino reprehẽſio eſt, ſed cõtra aliquẽ tantum-
modo: quod eodẽ modo de concluſione iudicandũ eſt. Ac ſi
non ſumãt eum quæ ex homonymia euenit, vnum declarare
aliquod verbum: & ea quæ ex ſimili forma eſt, hoc vel illud
ſolum, item quẽ cætera: eæ profecto, nec reprehentiones, nec ra-
tiocinationes omnino, aut cõtra eũ qui interrogatur valebũt.
Sin ſumãt, contra eũ qui rogatur valebũt, omnino non vale-
bunt. quandoquidem non id ſumpſerunt, quod vnum decla-
rat, ſed quod videtur, id quẽ huic ipſi vnum aliquid declarare.

Quot autē causas sibi proponant in reprehendendo ij qui verē reprehendunt, non est quod sine rerū omnium quæ sunt, scientia sustinere & explicare conemur. Hoc autem nullius artis est. quandoquidem incertus & infinitus scientiarum numerus est: ex quo fit vt etiam demonstrationum. sunt etiam veræ reprehensiones. Quæ enim monstrari ac necessaria ratione concludi possunt, ea omnia etiam refellere ac reprehendere licet, si veri cōtrariam orationem ponas. vt si quis diametron mensura definiri ponat, nécessaire ratione reprehendi potest eam non posse. Ita rerum omnium cognitionem teneat oportebit, præsertim cū reprehensiones quædam ex geometriæ, aliæ ex medicinæ, nonnullæ ex cæterarum artium initiis, eorūq; conclusionibus existant. Verum enim verò falsæ etiā reprehensiones infinitæ incertæque sunt. Sua enim ex quaque arte vitiosa efficitur conclusio, vt ex geometria geometrica: ex medicina medicinæ. Cum autem ex arte dico, ex illius initiis dico. Ex quo perspicuum est, non omnium reprehensionum, sed earum modò, quæ ex dialectica petūtur, esse sumendos & explicādos locos. quippe qui ad omnem artem & facultatem pertineant. Ac eam quidem reprehensionem quæ cuiusque artis propria est, artificis est tenere & cognosse, siue verē non dicatur: & tamen eius speciem præ se ferat, siue vera sit, & quāobrem: eam autem quæ ex communibus progreditur, neque vlli certæ arti subiicitur, Dialectici. Si enim ex quibus cōstent ratiocinationes probabiles quacunque de re sint teneamus, ex quibus etiam reprehensiones profisciscantur tenebimus. Est enim reprehensio repugnantia contrariaque orationis cōclusio: ita reprehensio est vna aut duæ ratiocinationes contrariae enunciationis. Tenemus ergo ex quibus omnes eiusmodi existant. Quod si tenemus, etiam explicationes tenemus. Eis enim resistere, id demum eas explicare est. Dictum etiam est ex quibus eueniunt reprehensiones quæ apparent & videntur, non cuiuis, sed certis quibusdam. Infinitæ enim erunt si quis quibus de causis quibuscunque videantur animaduertat. Ergo illud quidem perspicuū est, Dialectici esse posse explicare quibus de causis ex communibus si progrediatur, vera re-

prehensio vel simulata & ficta, vel dialectica, vel quæ dialecticam fallaciter imitatur, vel quæ tentandi & experiundi studio adhibetur, existat. Neq; verò captionum ea est dissimilitudo ac distinctio, quam aiūt quidā esse, alias verborum esse, alias sententiarum. Existimare enim captiones quasdā in verbis, alias in sententiis consistere, non easdem esse, amentia est. Quid enim non mentē & sententiā spectare, nisi cum non utitur is, qui interrogare se putat, nomine ad id ad quod is, qui rogatus est, accommodavit? Atqui hoc ipsum est etiā contra nomen disputare. Ad mentem autem & sententiam dirigere disputationem est, cū ad id adhibuit nomen ad quod retulit intelligentiam & mentem is qui respondet. Quod si quis nomen quod multa significat vnum declarare putet, & is qui interrogat, & is qui contra disputat, veluti id quod est & vñū certē multa significāt: verum & is qui respondet, & Zeno ponens quæstionem vñūque putans esse id quod est interrogavit estque illa conclusio, vnum esse omnia: is ad nomen vel ad mentem eius qui rogatus est omnem diriget disputationē. At si quis plura significare arbitretur, profectō non illius spectavit sententiam. primum enim hæc ipsa duo, de verbis & sententia cōtrouersiam esse, in iis posita sunt captionibus quæ multa declarant. Deinde in alterutro eorum qui disputant. Neque enim in oratione positum est ad mentem & sententiā conferre disputationē, sed in eo ut is qui respondet ad ea quæ dedit quodam modo sit affectus. tum verò ad nomen dirigere hæc omnes possunt, quoniam nomen hoc loco est non sententiam spectare. si enim non omnes sint, certē aliæ erunt quæ nec ad nomen nec ad sententiam conferentur. Hi autem omnes ita distribuunt, ut alias ad nomen, alias ad mentem sententiāque referant, alias non item. atqui ex ratiocinationibus quæ ex iis constant quæ ambigua sunt, quædam verborum sunt ratiocinationes & captiones. absurdū est enim non omnes quæ verborum sunt, dicere ad nomē pertinere. Atqui sunt captiones quædam non ex eo quod is qui respondet ad eas quodāmodo affectus est, sed quod ipsa argumentatio interrogacionem complectitur cuiusmodi quæ multa declaret. Omninoq;

perabsurdum est de reprehensione antè, quàm de ratiocinatione disputare. cum enim reprehensio repugnantia sit ratiocinatio, sit vt de ratiocinatione prius quàm de falsa reprehensione differendum sit necessario. Est enim reprehensio talis, ficta & simulata conclusio repugnantia. Itaque vel in conclusione vitium est vel in contraria enunciatione (addenda est enim contraria oratio) vel in vtraque si ficta fuerit reprehensio. Est autem huius captionis $\sigma\gamma\delta\nu\tau\alpha$ loqui in contraria oratione non in conclusione: illius verò, quæ non habet quis ea dabit, in vtraque illius, Homeri poëma formam & figuram propter circum, in conclusione. Quæ autem ratiocinatio in neutro versatur, ea demum vera est. Sed vnde fluxit, eò se referat oratio. Illud igitur quæro, ex ratiocinationes & captiones quæ in Mathematicorum disciplinis versantur, num ad sententiam referantur, necne: Illud etiam requiro, si cui triangulus multa significare videatur, atque is dederit eum duos angulos pares habere non qua ex parte hanc figuram concludit alter duos angulos rectos habere: num ad sententiam alterius hic argumentationem direxerit, nec ne. Iam si nomen multa significet, vnusque neque intelligat, neque putet: quî alter contra eius sententiam disputauit? aut quo tandem pacto ponenda quæstio est nisi diuisionem adhibendo, si quis roget, liceat ne $\sigma\gamma\delta\nu\tau\alpha$ loqui, nec ne? aut liceatne hoc modo, non illo? certè. Quòd si quis non det vlla ex parte, alter autem concludat, nōne ex sententia & mente eius efficit conclusionem? Atqui videtur hæc captio in iis esse, quæ in nomine consistūt. Non igitur aliquod genus est captionum ad sententiam disputationem dirigere, sed aliæ ad nomen diriguntur. neque omnes eius generis, nec veræ reprehensiones, neque ex quæ veras fallaciter imitantur. Sunt enim fucata & simulate reprehensiones in iis etiam quæ non sunt verborum ex quo sunt genere accidentis & aliorum. Quòd si quis putet distinctione hac opus esse, dico $\sigma\gamma\delta\nu\tau\alpha$ loqui, alio hoc modo, alia illo modo: hoc certè quidem primum vitiosum est, putare. Interdum enim rogatum non dicitur multis modis. Fieri autem non potest vt quis distinguat quod distinguendum nō putet,

deinde vitiosum est & absurdum docere quid aliud futurum sit. quandoquidem planum facturus est quæ sit vis vocabuli ei qui nec attēdat, neque sciat, neq; existimet id aliā vim habere. Præterea id etiā in iis, quæ non duobus modis dicuntur, quid prohibet cōtingere? veluti sintne in quatuor vnitates pares duabus? Sunt autē duo hæc hoc modo in quatuor, illa illo modo. Et sitne contrariorū ars vna nec ne? Sunt autem contraria alia ignorata alia cognita. ex quo fit, vt q hoc faciundū existimat, aliud esse docere, aliud disputare, ignorare videatur: Illud etiā, eum qui doceat nō rogare oportere, sed perspicuū & planum facere: eum autem qui disputet, rogare. Postremò postulare vt aias aut neget non est eius qui rem demonstrat, sed eius qui periculum facit. Ratio enim experiūdi quædam pars dialecticæ est. Itaque in rebus omnibus versatur, proponitq; sibi nō doctum & peritum, sed ignarum & imperitum: eumq; qui rerū sibi scientiā non esse simulat. Atque is demum Dialecticus est, qui rem ex probabilibus spectat: qui autē hoc fallaciter facit, Sophistes. Atque etiam ratiocinatio vincendi studio cōparata & fallax vna est quæ ea videtur concludere, in quibus dialectica periculum facit, etiā si vera sit cōclusio. Causam enim ne cognoscamus, nobis insidias parat. Eæ etiam captiosæ & fallaces conclusiones, quæ non ex iis progrediuntur, quæ cuiusque artis sunt, ex arte proficisci videntur. nam vitiosæ describendi rationes non sunt in iis quæ fallendi studio adhibentur. quādoquidem ex iis quæ arti subiecta sunt captiones progrediuntur. Nec si qua vitiose describendi ratio in vero versatur: qualis est Hippocratis, cuius quadratum lunulis conficiebatur, Sed si vt Bryso orbem in quadrati formā redigebat, sic orbis quadrati figuram efficiat: certè quia non accommodatè ad rem, ob eam causam fictus est, simulatūsq; non verus. Ita quæ in his vel illis rebus versatur ficta ratiocinatio, oratio est vincendi studio suscepta, & ad rem accommodata. Itēque ad rem accommodata ratiocinatio, etsi ratiocinatio est, tamen ad vincendum instituta oratio est. Cū enim ad rem accommodata videatur, fit vt fallax sit & iniqua. Vt enim ea quæ in causis forensibus versatur, iniustitia speciem quandam

præ se fert iustitiæ, estque iniusta quædam pugna: sic contraria oratio iniqua pugna est, ad litesque spectat. Quæadmodum enim illic omnes qui sibi victoriâ proponunt: sic hic hi qui pugna- ces sunt, tentant experiunturque omnia. Ac ij quidē, qui vincē di studio eos se præstant, homines litigiosi & amantes litium videntur: qui autem ostētationis aut quæstus causa, Sophistæ. Est enim Sophistice, vt diximus, quædam ratio quærēdi opes simulatione sapiētiae. Itaque studio est illis cōclusio, quæ necessariam fallaciter imitetur. Suntque orationum earundem amantes, & ij qui vincēdi studio disputant, & sophistæ, sed nō eundē sibi finē proponunt. Eademque oratio litigiosa & fallax est, sed nō eadem ex parte. sed quia victorię speciem sequatur, litigiosa: quia sapiētiae, fallax nominatur. Est enim Sophisti- ce quædam fucata simulataque sapiētia, nō vera. Qui autem certādi studio disputat, id est quodammodo ad dialecticum, quod is qui vitiose describit, ad geometrā. Ex eisdem enim, ex quibus dialectica, fallacem cōclusionem efficiunt. quæad- modum is qui vitiose describit, ex iisdem ex quibus geome- tra. Sed hic nō certandi studium sequi dicitur, quod ex princi- piis cōclusionibusque artis vitiose describit, ille ex iis quæ dia- lecticæ tributa sunt. Ac illud quidem dubium nō est, quin is certādi studio disputat, in aliis disciplinis versetur, vt quadra- tum quod lunulis efficitur, non est litigiosum, Brysonis liti- giosum est. Atque illud non ad alias artes transferri licet, nisi ad geometriam, quod ex propriis initiis efficitur: hoc ad mul- tos licet, qui quid in quaque arte effici possit, quid non possit non intelligunt. Aptē enim transferetur. aut quemadmodum Antiphon quadratum efficere solebat, aut si quis neget ad va- letudinem rectius & salubrius esse à cœna deambulare, Ze- nonis ratione ductus: ea quoniam latē patet, non est medici- næ. Ac si non omni ex parte eādē habet rationem is qui pu- gnapiter disputat, ad dialecticum, quam is qui vitiose descri- bit, ad geometriam nunquam is qui pugnaciter disputat in il- lis verifaretur. Nunc dialectico ad differendum, non est vl- lum certum genus propositum, neque ad demonstrandum & concludendum: neque verò talis est qualis theologus. Neque

enim posita sunt in vno certo genere omnia, nec, si sint, iisdem possint initiis naturæ & res quæ sunt subiici. Itaque ars nulla earum quæ certam quandam naturam demonstrant, interrogare solet. propterea quod non licet alterutram partem rationationis concedere, & quod ex vtraque parte non efficitur conclusio. at dialectica interrogat. Quod si demonstret, si minus de omnibus, at certè de perspicuis & suis initiis nūquam quæstionem ponit. Si enim ea minus det & cōcedat, iam quæ ad resistendum proferat, non habebit. Quæ quidem & ratio tentandi eadem sunt. Neque enim ratio tentādi talis est qualis geometria: sed eiusmodi, qua etiam inscius præditus esse possit. Potest enim etiam is qui rem ignorat ex inscio periculum facere, si quidem dat & concedit, non ex iis quæ novit, neque ex propriis, sed ex consequentibus ea omnia quæ eiusmodi sunt, ut eū qui ea teneat nihil prohibeat artis esse expertem & ignarum: eum autem qui nesciat, necesse sit ignorare. Ita fit ut ratio tentandi nullius sit certi generis sciētia. itaque omnibus in artibus versatur. Omnibus enim artibus communes quidam loci propositi sunt. Quocirca omnes etiam idiotæ & ignari differendi tentandique ratione quodam modo utuntur. quoniam est quatenus omnes defendere ac refellere conantur. Atqui hæc ipsa latè patent, quæ tamen ipsi tenent, etiam si de iis sine arte dicere videantur. Refutant ergo omnes quod ea tenent sine arte, quæ arte & ratione tractat Dialectica: & qui arte differēdi valet ad faciendum periculum, Dialecticus. Quando autem hæc multa sunt, & in rebus omnibus versantur, nec sunt eiusmodi, ut intra certam quandam naturam genusque consistant, sed quasi negationes, infinita sunt: alia autem eam vim non habent, sed propria sunt artium singularum: licet & illis instructum periculum facere in omnibus, & ex ipsis artem quandam efficere, quæ nō eandem vim, quam eæ artes quæ demonstrant, habebit. Quapropter is qui certandi studio disputat, non eandem vim continet omnino, quam is qui vitioso genere describendi & componendi utitur. propterea quod non ex certis cuiusdam generis initiis capit ignaros ac decipit, sed certandi studio in omnis generis

disputatione versatur. Sunt igitur hæc fallaciarum reprehensionum genera. Dialectico autem esse hæc proposita, eumque hæc præstare posse, hinc facile perspicitur potest, quod viæ & rationi, quæ in propositionibus versatur, hæc omnis proposita tractatio est. Ac de fictis quidem & simulatis reprehensionibus diximus. Ea autem pars in qua falsum aliquid ostendere, & ad ea quæ contraria sunt opinionibus omnium compellere instituunt Sophistæ (est enim hæc pars altera instituti Sophistarum) primum ex quodam interrogandi genere nascitur maximè. Interrogatio enim nulla certa proposita constitutaque re de qua agatur, ad hæc exquirenda & indaganda valet. Qui enim temerè loquuntur, ferè errant vehementius. Temerè autem dicunt tum cum nullum certum genus propositum est de quo disputetur. Multas etiam quæstiones ponere, etiam si certum constitutumque sit id de quo disputetur, & postulare, ut quæ alteri videantur, dicat, id certè ad compellendum eum ad contraria opinioni omnium, & falsa, magnam copiam argumentorum suppeditat. Quod si is qui rogatur aliquid horum concedat, aut inficietur, utile est eo loci eum impellere, ubi magna suppetet argumentorum copia. Sed hoc tempore rarius, quam superioribus, locus his captionibus datur, propterea quod statim quærunt, quid hoc ad rem, de qua agatur pertineat. Hoc autem ad eliciendum aliquid, quod aut falsum sit, aut sententiis omnium repugnet, plurimum valet, nullum statim propositum in quæstionem vocare, sed profiteri, se discendi causa quærere. dabit enim hæc ratio argumento locum. Ad falsum autem demonstrandum proprius locus est Sophistarum, ad ea eum qui contra disputet, compellere, in quibus magna argumentorum copia suppetet. Quod, ut supra docui, & rectè & vitiosè facere licebit. Rursus ut cogamus alterum aliquid concedere quod sit contra opinionem omnium, cuius sit generis aut sectæ is qui contra disputat, videndum est. Deinde interrogare par est de eo quod contra opinionem multorum isti esse fateantur. Sunt enim sue cuiusque eorum opiniones, in quo multum valet, in propositiones distribuisse, & selegisse proposita singulorum. Explicatio autem

horum locorum apta illa fertur, exponere id quod contra opinionem est omnium, non ex oratione effici. quod semper ei propositum est qui certandi studio disputat. Idem concludi potest ex voluntatibus hominum, & perspicuis opinionibus. Non enim eadem volunt & loquuntur homines, sed cum oratione honestissima utuntur; tum ea quæ utilitatis speciem præ se ferunt, sequuntur. velut mori per decus, magis quam iucundè vivere aiunt oportere: & iustè & integrè vitam per inopiam agere melius, quam in opû abundantia turpiter: at contraria sequuntur. Ac is quidem qui in respondendo voluntates sequetur, ad certas & claras opiniones reuocandus eritis autem qui has ipsas, ad incertas & obscuras. utroque enim modo ea quæ sententiis omnium repugnant, dicat necesse est, quoniâ vel de perspicuis, vel de obscuris & incertis opinionibus loquentur contraria. Plurimum autem valet ad exprimendum aliquid, quod sit contra opinionem omnium, id quod Callicles in Gorgia commemorat. Atque etiam veteres omnes ex eo quod naturæ & quod legi consentaneum est, id effici putabant. Naturam enim legi repugnare, & iustitiâ lege honestam esse, natura non esse. Debet igitur ei qui naturæ consentanea dixerit, lex opponi: & natura ei qui legem proferet. Utroque enim modo aliquid dicent admirabile, & quod sententiis omnium repugnet. his autè quod naturæ cõgruit verû esse, & quod legi, id quod multitudo probaret, videbatur. Perspicuû est igitur etiâ illos, quemadmodum etiam huius ætatis homines, conatos esse, vel refellere eos qui contrâ disputabant, vel coëgisse, ut aliquid quod esset contra omnium opinionem, concederët. Sunt autem interrogationes quædam, ad quas si in alterutram partem respondetur, admirabile quiddam existet contrariæque opiniones. ut, sit ne parendum sapientibus, an parenti? & sintne ea quæ utilia sunt, facienda, an quæ iusta? &, accipere iniuriam præstat, an facere? Compellendus est autem is qui contrâ disputat, ad ea de quibus sapientes à multitudine dissentunt: ita tamen, ut si quid dicat de sententia sapientium, ad vulgi opinionem: sin quod vulgus probet, ad sapientum sen-

tentias opinionésque reuocetur. Aiunt enim hi, beatum iustum esse necessariò: multitudini autem non probatur, Regem non esse beatum. Compellere autem ad ea quæ hoc modo non probantur, idem valet atque efficit, quod ad legis & naturæ repugnantiam reuocare. Nam & lex vulgi est opinio, & ad naturam ac verum orationem suam sapientes dirigunt. Ac ea quidem quæ opinionibus repugnant, ex his locis petèda sunt. Nūc sequitur, vt quomodo nugari cogant sophistæ, differamus. Ac quid appellemus nugari, iam diximus. Omnes autem hæ argumentationes hoc ita efficere volunt. si verbum dicas, an orationem, nihil interest. Duplum autem, & duplum simpli idem valent. Si igitur est simpli duplum, erit simpli simpli duplum. Rursus, si pro duplum, duplum simpli ponat, ter dicentur, erit simpli simpli simpli duplum. Et, sitne cupiditas voluptatis? hoc autem est appetitio voluptatis. Est igitur appetitio, cupiditas voluptatis voluptatis. Sunt autem eius generis captiones in iis quæ cum aliquo conferuntur. quorum non solùm genera, sed ipsa etiam cum aliquo conferuntur. & ad vnum idémque referuntur. vt cupiditas alicuius cupiditas, appetitio alicuius appetitio, & duplum alicuius duplum, & simpli duplum dicitur. Itémq; in iis quæ in genere eorum quæ cum aliquo conferuntur, non numerantur, & de natura alicuius dicuntur, cùm interim eorum definitio naturam eis subiectam cõplectatur: & vno nomine in iis quorū habit⁹ & affectiones, & si quid simile per se de subiectis naturis dicuntur. Vt impar, numerus est q. mediū habet: est autē numerus impar: est igitur numerus, numerus qui mediū habet. Et si simitas, naris est concauitas: est autem etiā naris sima: est igitur naris, naris concaua. Sophistæ autem videntur cogere nugari, nec cogunt interdum, propterea quòd nō antè quærunt, vtrum exempli causa, duplum aliquid, an nihil per se dictum, significet: & si quid significet, idémne an aliud. sed continuò cõclusionem efficiunt, quæ sequi videtur, quod nomē solum idem quod oratio valere & declarare videatur.

Solœcismus autem quid sit, suprà dictum est. Fieri autem potest, vt is qui non facit, solœcismum facere, & qui facit, non

d ij

Cap. 13.

facere videatur. Quemadmodum Protagoras dicebat ὁ μᾶνις, & ὁ πῆληξ. i. iracundia & galea masculini sunt generis. Nā & qui ἐλαμένω. i. perniciosam dicit, is illius sententia solœcismū facit, aliis non videtur. Et qui ἐλόμνον. i. perniciosum, videtur solœcismum facere, nec facit. Ex quo perspicuum est, artificē quoque solœcismū facere posse. Itaque multæ orationes quæ non efficiunt quod fumitur, solœcismum videntur cōcludere. Quod fit in reprehensionibus. Omnes autem solœcismi facti non veri ferè ex illo hoc oriuntur & existunt, cū casus nec virile, nec muliebre nomen, sed medium horum neutrū, quæ declarat. Nam & hic virile significat, & hæc muliebre. At hoc neutrum vult illud quidem declarare, sed tamen sæpe vtrunque illorū significat. vt si quærat, quid sit hoc? & Calliope, lignum, Coriscus, respondeatur. Ac maris quidem & fœminei casus omnes differunt, neutrius alij differunt, alij nō item. Quocirca plerunque cū illud hoc datur & conceditur, hunc, quasi dictum sit, concludunt, itēque alium casum pro alio. Fallax autem conclusio propterea efficitur, quod illud hoc commune sit multorum casuum, quandoquidē hoc aliās idem quod hic, aliās quod hunc efficit. Sed vicissim declarare hæc debet, si cum verbo est coniunctum sit, hic: si cū esse, hunc, vt Hipponicus est, Esse Hipponicum. quod de fœmineis iudicandum est eodem modo, & nominibus supellectilium, quæ virilium vel muliebrum inflexionem habent. Quorum enim ο & υ extremæ sunt literæ, ea sola supellectilis nominum inflexionem retinent. Vt ξύλον. i. lignum: οἶνον, funis. Quæ autem non in eas literas desinunt, masculinorum vel fœmininorum: quorum nonnulla ad supellectilia referimus, vt ἄσκός. i. vter, nomē est masculini generis. κλίβανος. i. lectus, fœminini. Itaque in his etiam talibus nominibus eodem modo & verbum est & esse dissimilitudinem facient & distinctionem. Atque similis est quodam modo solœcismus iis reprehensionibus, quæ ex dissimilitudine, aut ex forma euenire dicuntur. Vt enim in illis ex rebus, sic in his ex verbis accidit, vt solœcismus fiat, quod homo & albus & res & nomen est. Perspicuum est igitur dandam esse operam vt solœci-

sumum ex iis casibus quos exposuimus, cōcludamus. Ac genera quidem argumentationum quæ certandi causa tractantur, & generū partes modique expositi sunt. Permagni autē interest ad occulēdum, vt in Dialecticis: sic hoc in loco, quemadmodum disponantur ea quæ ad interrogationem pertinet. His igitur ita constitutis, deinceps sequitur vt horum aliqua præcepta demus. Ad reprehendendum quidem multum valet prolixitas, propterea quod difficile est simul & quasi vno aspectu multa perspicere. Vt autem prolixitatem assequamur, ab iis locis quos supra exposuimus, præsidium petēdum erit. Celeritas etiam in concludendo multū potest. Qui enim tardi sunt, minus res prouident. Iam verò ira & disceptatio adiuuant, quoniam qui aliqua perturbatione animi commoti sunt, minus virium habent ad obseruanda & defendenda omnia. Ad iracundiam autem impellemus, si alterum qui nobiscum disputat, & nobis iniuriam velle facere, & nullo affici pudore, docebimus. Iam vtile erit vicissim interrogationes quæstionesque ponere, siue ad eādem probādam aut refellendam, cui multa argumenta suppetant, siue in vtranque partem. Sic enim fiet, vt vno tempore vel plura, vel contraria defendat. Atque, vt vno verbo finiam, omnia quæ valere ad occulenda argumenta dicta sunt superiore lib. ad argumentationes etiam quæ certandi causa tractantur, valent plurimum. Nam & occulere latendi causa volumus: & latere, decipiendi atque captandi. Quod autem attinet ad eos qui negant ea quæ argumentationi prodesse putant, ij interrogandi sunt à nobis per negationem, quasi contrarium efficere velimus: aut etiam vtraque pars simul & ex æquo quærendo ponenda est. Cū enim dubium est & obscurum quid sumere velimus, minus ij qui contrā disputant, proueniunt. Iam verò si quis quasi mēbratim concedat res singulas per inductionem, sæpe id an in toto genere verè dicatur, non est rogandus: sed id quasi datū sit accipiendum est. Interdum enim illi se dedisse hoc ipsum putant, & auditoribus videntur propter inductionis recordationem, quasi illa non frustra & temerè rogata sint. In quibus etiam totum genus non significatur, & appellatur vllō

d iij

nomine, & similitudine vtēdi m erit quæ ad res postulabit, propterea quòd sæpe latet, & obscura est similitudo. Vt autem sumamus propositionem, contrarium per comparisonem quærere debemus. veluti si concludendum sit, patri in omnibus parendum esse, vtrum in omnibus parentibus parendum sit, an in omnibus non parendum? Et illud sæpe, sintne multa concedenda, an pauca? Multa enim potius, si quidem necesse est, tribuenda parentibus videbuntur. Contraria enim inter se comparata atque cōposita, & maiora & magna, & deteriora et meliora hominibus videntur. Atq; etiam cauillatio fallax & captiosa eorū qui interrogant, facit plerunque, vt ij qui cōtrā disputant, refelli vel maximè videantur: propterea quòd cū nihil effecerint, & cōcluserint, tamen non vocant in quæstionem id quod extremum & conclusum fuit: sed quasi concluderint, ita concludunt. Non igitur hoc & illud. Illud etiam fallax & captiosum est, propositā re admirabili, & quæ sit cōtra opinionem omnium, velle id quod videatur responderi, proposito eo initio disputationis quod probetur, de iis quorum ea vis sit, quærere hoc modo, Tibi ne videtur? Si enim in iis sit interrogatio, ex quibus conclusio efficitur, certè vel reprehendat alter, vel concedat id quod sententius repugnet, necesse est. Si enim dederit, reprehendetur: si non dederit, neque id probabile dixerit, aliquid quod sit contra opinionem omnium, dabit. Si non concedat nec probabile fateatur, incurret in reprehensionem. Iam quemadmodum in arte rhetorica, sic in ratione refutandi contraria & repugnantia elicienda sunt, vel ex sermone eorum qui contrā disputant, vel ex eorum quorum dicta & facta honesta esse concedunt. Itaque ex eorum dictis, qui eiusmodi vel similes habentur, vel ex plurimorum vel omnium sermonibus. Iam quemadmodū ij qui respondent, sæpe cum refelluntur distinguūt, si futurū est vt coarguantur: sic ij qui quæstionē ponunt, hinc præsidium petere debēt contra eos qui resistunt, si hoc modo efficiatur, illo nō itē se hoc modo intellexisse. Quod etiā Cleophon facit in Mandrobulo. Atque etiam à proposito aberrantes, reliquas argumentationes concidere debemus. quòd si is qui

poscit quæstionē præsentiat, ei occurrendū & prædicendum erit. Interdumque ex iis quæ aliena sunt à proposito argumenta dicere licebit, si quis ex eo, de quo agitur argumenta nō poterit sumere quod Lycophron fecit, cum Iyrā laudandā fuisse pisset. Quod verò ad eos attinet qui aliquid argumentis probari volunt, quoniā placet causam afferri oportere, certè quibusdam positis & concessis, facilius ad defendendum id quod vniuersum est: si refellere velimus, affirmare, sequi repugnantiam. Ut quod affirmarūt negare eos, aut quod negauerint cōcedere. Quale illud est, eandem in cōtrariis artem versari, aut non eandē. Conclusiones autem quæri non debēt more propositionum. Et quædam quærenda non sunt, sed pro concessis accipienda. Ac ex quibus interrogationes constarent, & quæadmodum interrogaremus in disputationib⁹ illis quæ studio certandi instituuntur satis ferè dictum est. Deinceps de responsione & quæadmodum argumenta discutienda & explicanda sint, & quis sit horum argumentorū vsus, dicendum est. Valent quidem ad philosophiā duabus de causis, primū quod cum ex verbis nascantur, faciunt, ut quot modis quidque dicatur, & quæ similes sint, quæ dissimiles res, & verba facilius intelligamus. Deinde valent ad quæstiones, quas quisque per se separatimque tractat. Qui enim facilè decipitur & capitur ab aliis, neque id sentit: id etiam sæpe ei per se res consideranti accidat necesse est. Postremò valent ad opinionem quod in rebus omnibus exercitati & nullius imperiti ignarique videbimur. Nam si ita quis disputet cum altero, ut argumenta refellat, neque eorum vitia exponere aut explicare possit, is aliis opinionem adfert, se nō à veritate coactum, sed imperitia ductum iniquum esse in disputando. Quo autem pacto ij qui poscunt quæstionē, armati esse debeāt, ut his talibus argumentationib⁹ possint occurrere, facilè intelligi potest si modò rectè suprà exposuimus ex quibus fallaces & captiosæ cōclusiones cōstarēt, & interrogationes nimix, satis explicauimus. Aliud autē est, cum quis argumentationem sumit perspicere & discutere eius vitium, aliud cum interrogatur celeriter posse resistere. Quod enim scimus, id sæpe cū ordo ver-

Lib. 2.

Cap. 11. et 12.

borum traiectione mutatus est, ignoramus. Iam verò ut in ceteris artibus & rebus, sic ferè in argumentis exercitatio celeritate maiorem tarditatemue comparamus. Itaque si quid nobis apertum perspicuumque sit, neque id meditatum habeamus, in eo ferè fit ut commoditatibus opportunitatibusque destituamur. Quod autem in descriptionibus vsuuenit, ut propositiones in partes tributas interdum connectere iterum non possumus: sic in reprehensionibus nonnumquam scimus unde conclusio efficiatur, & argumentum explicare non valemus.

Cap. 16. 2. Primum ergo quemadmodum dicimus interdum præstare differere probabili argumentatione quam vera: sic probabili explicatione potius quam vera argumentorum captiones nonnunquam discutere & dissolvere debemus. Omnino enim pugnandum est contra eos qui contentionis concertationisque causa disputant, non tanquam refellant, sed tanquam reprehensionis specie contra nos armentur. Cum enim eos concludere negemus, certè ad speciem & simulationem omnis nostra dirigenda est responsio. Cum enim refutatio sit oratio repugnans non ambigua, quæ ex quibusdam efficitur, nulla certè ad ambigua & homonymiam adhibenda erit distinctio. neque enim ratiocinationem argumentando tractat. Sed nulla alia de causa antè distinguendum erit, nisi quòd conclusio speciem præ se fert reprehensionis. Non igitur hoc loco nobis refutatio extimescenda est, sed eius solum simulacrum. Quippe cum interrogatio ambigua, & homonymia cæterarumque eius generis captiones & veram reprehensionem obscurant: & faciant, ut eos qui refellant ac non refellant, nesciamus. Nam quoniam licet tota argumentatione conclusa dicere, se non quod alter affirmaverit negare: sed ambiguè, etià eò toto impetu ferretur, incertum est an sit reprehensus. Dubium est enim an verum nunc dicat. Quòd si diuisione adhibita interrogasset id quod ambiguum est, certè reprehensio perspicua fuisset. Nam quia volunt ij qui certandi studio disputant, hoc quidem tempore rarius quam superioribus eum qui rogatur, aut etiam, aut non respondere, id fieri potest. Nunc autè propter vitiosum morem interrogandi, necesse est aliquid antè re-

spōdere, corrigēdo interrogationis vitio. Quādoquidē si tollerabilis partitio adhibita sit, eū necesse sit qui cōtrā disputet aut etiam, aut non dicere. Quòd si quis putet eam reprehensionem, quæ ex ambiguitate nascitur, veram esse, nullo modo reprehensionem effugere poterit is qui respondebit: quippe cum in iis rebus quæ sub oculos cadūt, necesse sit eū & quod nomen intelligi dixerit, id negare, & affirmare id quod negarit. Nihil enim adiuuat quorundam emendatio, qui Coriscū non confirmant esse & musicum & musicæ expertē: sed hunc quem monstrant musicum, & hunc eundem expertem musicæ. Eadē enim erit oratio hæc, Coriscum musicum esse, quæ illa, hunc Coriscum non esse musicū: quod simul & confirmabunt & negabūt. Sed fortasse dicent, non idē significare, cū in altera nomen collocatū sit. ita aliquid inter eas non interesse. Sin autem hoc omnino dixerit, illi hoc vel hunc adiunxerit, absurdum erit. Nam nihilo magis alteri addet, præsertim cum nihil intersit vtrilibet addat. Sed quoniam incertum est vtrū is qui ambiguitatem non distinxit, reprehensus, nec ne sit (concessum est enim in disputando ambigua distinguere) certē dare rogatum omnino nulla adhibita distinctione, est in vitio. Itaq; si minus is qui dat, at certē oratio eius reprehendetur & pro refutata habebitur. Fit autem plerunq; vt quia ambiguitatem cernūt, tamē eam nō ausint distinguere, propter eorum qui talia proponunt acerbicatem, vt ne se in omnibus difficiles & iniquos præbere videantur. Deinde quod nunquam putassent ex hoc conclusionē posse effici, sæpe occurrit aliquid contra opinionem omniū. Quapropter quoniā cōcessum est, suprà dixi, nō dubitabimus distinguere. Si quis autē duas interrogationes non vnā ponat, non ea existet captio quæ ex homonymia & ambiguitate nascitur, sed vel reprehensio, vel ne ea quidē. Quid enim interest vtrū nunc roges, An Callias & Themistocles sint musici: an tum, cū idem nomen vtrique impositum esset, nec iidem forent? Nā si plura vno declarat plura interrogauit. Quòd si iniquum est ad duo rogata velle responsum vnum dari omnino, profectò ad ambiguum nullū semel responderi conuenit, ne si in omnibus quidem id verē

dicatur quorundam sententia. Nihil enim hoc interest, an si quis rogaret, vtrum Coriscus & Callias sint domi, nec ne sint domi, siue adsit vterque siue absit. vtroque enim modo plures erunt enunciationes. Neque enim si verè dici potest, propterea vna est interrogatio. Possunt enim sexcenta alia quæ ad quæ aut etiâ aut non respondere verè liceat. Attamen non vnum responsum dandum est. sic enim disputatio tollitur. Hoc autem similiter fiat, ac si quis idem nomen diuersis hominibus imponat. Cum ergo ad rogata duo non sit semel respondendum, perspicuum est, aut etiâ aut non, non esse dicendum in ambiguis. Neque enim qui dixerit, quauis dixerit, responderit. Sed hoc volunt in disputando, quòd quid efficiatur, sit incertum. Quoniam igitur, quemadmodum diximus, quædam simulacra sunt reprehensionum, reprehensiones nullo modo: sic quædã sunt simulate explicationes, nec explicationes sunt, quas quidẽ interdũ afferri dicimus oportere potius quàm veras explicationes: veluti cum disputatur pugnaciter, & cũ rei, quæ duobus modis dicitur, occurritur. Ac in iis quidẽ disputationibus, quæ speciẽ quidẽ verarũ præ se ferent, respondendum est, esto. sic enim nullus erit reprehensioni locus. Si quid autem contra opinionem omnium cogatur concedere, tum vel maximè addendũ est, Id videri. Sic enim nec reprehensioni, nec ei quod admirabile sit & contra opinionẽ omnium, dare locum videbitur. Perspicuum est quidẽ, quẽadmodum à principio repetatur disputatio, Si qua autẽ proximè ad id accedant, ea sententia omnium refellenda sunt, non concedenda, quòd primam disputationem repetere videatur. Cũ verò aliquis eiusmodi à nobis petet, quòd ex causa differendi illud quidem efficiatur necessariò, sed quod falsum sit aut improbabile: idem respondere debemus. Quæ enim necessariò sequuntur, eiusdem esse causæ videntur. Iam verò cum res vniuersa non nomine suo, sed similitudine tractabitur: respondendum erit nobis eum nec quo modo à nobis data sit, nec quemadmodum ipse proposuerit, sumere. Ex hoc enim plerunque existit reprehensio. Qui autem his commodatibus destitutus erit, is confugere ad vitiosam proba-

tionem debet, ut ei occurrat eo genere distinctionis, de quo supra diximus. Ac in iis quidem disputationibus, in quibus propriis nominibus utetur, aut omnino respondendum erit nobis, aut certè adhibenda distinctio. Quæ autem aliquid in mente referuantes proponimus ad disputandum, qualia sunt ea omnia quæ non planè, sed truncatim interrogantur, ex iis ratiocinatio nasci solet. Cuius generis est illud, An quicquid est Atheniensium possessio, id Atheniensium est? Certè, itémque in cæteris: atqui homo est animalium. possessio igitur animalium est homo. Hominem enim animalium esse dicimus, quòd sit animal. Et Lyfandrum Lacedæmoniorum quòd sit Lacedæmonius. Ergo illud quidem perspicuū est, cū dubiū est id quod proponitur, tum non esse omnino dandū. Cum autem duo erunt huiusmodi, quorum si alterum sit, ex eo alterum necessariò concludetur: sin hoc sit, illud ex eo non concludetur necessariò, debet is qui interrogabitur id dare quod minus lateat. Difficilius est enim ex pluribus còcludere. Quòd si argumentando concludat, alicui datum esse contrarium, alicui non esse: si vera sit oratio, contrarium esse dicendum est, sed non esse nomen impositum alteri. Quoniam autem nonnulla plerique concedunt, quæ si quis minus det: eum falsum putare fatebuntur, alia, non item, cuius generis sunt ambigua omnia (vtrum enim animantium animus intereat nec ne, non est multis exploratum) in quibus eorum non est certum vtro modo soleat concedi id de quo agitur: vtrum ut sententiæ solent, quarum nomine appellant & veras opiniones, & vniuersas negationes. qualis est illa, diametros mensura definiri non potest: in iis non est respondendum aut etiam, aut non. Præterea cuius de veritate plurimæ sunt ambiguarum opiniones, eius si nomina ex alio transferas, non id perspicuum erit. Nam quoniam dubium est vtra in parte insit veritas, sophistarum partes agere non videre: quoniamque ambiguum, non mentiri, neque quod falsum sit asserere. Translatio etiam faciet, ut ne reprehendatur oratio. Præterea ut quisque rogata præsenferit, ita eis antè occurrere, eaque prædicere debet. Sic enim ei qui rogabit resistet facillimè.

Cap. 3. Sed quoniam vera explicatio, expositio est falsæ ratiocinationis, quacunque ex interrogatione falsum efficiatur. Falsa autem ratiocinatio quoniam duplex est, altera cum falsum conclusum est: altera, cum si minus est ratiocinatio, attamen videtur esse: certè hæc ipsa explicatio, quam modò diximus, eius etiã explicatio sit necesse est, quæ ratiocinationẽ verã fallaciter imitatur. Ex quo perspicitur interrogationum correctio. Ita fit, vt orationes quæ conclusæ sint, refellendo: eæ autẽ quæ videntur concludere, distinguendo explicentur atque dissoluantur. Rursus quoniam argumentationum, quæ conclusæ sunt, aliæ veram, aliæ falsam cõclusionem habent, eas quibus falsum concluditur, duobus modis licet dissolvere, tum refellenda aliqua interrogatione, tum docendo eam esse naturam conclusionis. Eas autem quarum vera conclusio est, refutanda aut propositione, aut assumptione, cùm præferim vera sit conclusio. Quare iis qui argumentationem discutere & explicare velint, hoc primum videndum est, sitne conclusa an minus conclusa. Deinde vtrum vera sit an falsa conclusio, vt eam aut distinguentes, aut refellentes dissoluamus. Et refellentes vel hoc vel illo modo, quemadmodum suprà diximus. Permultum autem interest, vtrum interrogati ab alio, necne argumentationem explicemus. Nam & providere difficile est, & facile est cum ociosi sumus & soli videre explanationem. Atque reprehensionum quidem quæ ex ambiguo & homonymia oriuntur, partim habent aliquam interrogationem quæ plura declarat, partim conclusionem quæ multis modis dicitur: veluti in ea reprehensione quæ *συνδιδίχα* loqui concludit, conclusio bifariam dicitur: in ea autem qua efficitur eum qui sciat aliquid nescire, qualis est hæc, An is qui scit dicere aut facere, illud etiam sciat quod dicit aut facit? Hic autem scit iambica dicere: hic igitur scit iambica, harũ vna interrogationum rem explicat duplicẽ, & eam quæ est, & eam quæ nõ est. Ac in quarum conclusione aliquid multis modis dicitur, nisi contrariam enunciationem assumpserit, non erit reprehensio. vt in ea qua quis cæcus videre demonstratur, neque enim sublata contradicente pronuntiatione, esse reprehensio vl-

lo modo potest. In quarum autem interrogationibus ambiguum est, non est necesse plane illud negare: quoniam non ad illud rogatum argumentatio adhibenda est, sed conclusionis causa est omnis comparata. Initio ergo argumentationis, si quod sit ambiguum verbum, vel ipsa oratio sit, ita respondendum est ut quodammodo etiam, & quodammodo non esse dicamus. Ut *συνδντα* loqui aliqua intelligentia verum esse, quadam non esse. Et quum quæritur, ea ne quæ oportet facienda sint? alia esse, alia non esse dicendum est. Quod enim oportet multis modis dicitur. Quod si ambiguum in propositione & assumptione lateat, id in conclusione, interrogatione adiuncta, corrigendum erit. Licet igitur *συνδντα* dicere, non, sed hunc *συνδντα*. De iis etiam, in quarum propositione & assumptione ambiguum inest, iudicandum est eodem modo. Nō igitur sciunt quod sciunt: imo verò sciūt, sed non hoc modo. Aliud est enim nihil sciri posse, aliud eos qui hoc vel illo modo sciunt, non posse. Omninoque pugnandum nobis, etiam si planè argumentum concluderit, eum non eam rem quam concesserimus, sed verbum solum refellisse, ex quo efficietur, ut illa nulla sit reprehensio. Perspicuum etiā est, quemadmodum diluendæ sint eæ quæ ex distinctione & coniunctione existunt reprehensiones. Etenim si distincta & coniuncta verbis aliud declaret, quæ concluditur argumentatio, contrarium dicendū erit. Sunt autem hæ argumentationes ex coniunctione & distinctione. An quo vidisti tu hunc verberari, eo ipse verberatus est? quo verberatus est, eo ne eum verberari vidisti? Habent illæ quidem simile aliquid ambiguarum interrogationum: attamen ex coniunctione sumuntur. Neque enim ambiguum est id quod existit ex distinctione, cum præsertim coniuncta & distincta non eadem sit oratio. Siquidem nec hora & ora eodem accentu pronuntiata aliud efficiunt. Sed quemadmodum in scripto idem est verbum, si iisdem litteris scriptum sit: sic etiam illic efficiunt notæ. In voce autem non sunt eadem nomina. Quapropter reprehensio ea, quæ ex distinctione est, non ad ambiguitatis reprehensionem refertur. Atque etiam illud perspicuum est, nō

omnes, ut quidam dicunt, reprehensiones ex ambiguo existere. Distinguere ergo & discernere verba à verbis debet is qui respondendi partes tenebit. Neque enim idem efficit oculis videre verberari aliquem, quod oculis verberari aliquem videre. Et Euthydemī illa oratio, Vidistīne triremes nunc quæ sunt in Pyrao cū in Sicilia esses? Eodem modo diluenda erit. Itēq; illa, potestne qui bonus sit futor, malus esse? potest autē fieri ut aliquis cū bonus sit futor, sit malus: malus igitur futor. Et illa, An quarū rerū bonæ sunt scientiæ, bonæ sint notitiæ? mali autem bona est notitia: malum igitur est bona notitia. atqui malum & notitia est & malum: malum igitur notitia mala est. Item illa, An verum est nunc te natum esse? Nunc igitur natus es, nisi forte aliud declarat cum nunc distinctum est. Nunc enim verum est, te natum esse: sed te, nunc natum esse haud verum est. An ut potes & quæ potes, sic & ea facies cum autem non canis fidibus, canere fidibus potes: tunc igitur cum non canis fidibus, fidibus canes. nisi fortē non eā vim habet, ut tum cum non canit fidibus, canat: sed ut faciat cum id non facit. Hoc autem quidam aliter diluunt. Dicunt enim non si quis dederit alterum facere ut potest, idcirco effici ut is qui non canit fidibus, fidibus canat. Neque enim datum esse omnino ut possit, eum esse facturum, nec idem valere ut potest omnino quod ut potest facere. Sed eos non rectē dissolvere hinc apparet, quod cum omnium rationum & argumentationum, in quibus est idem vitium, eadem sit explicatio, hæc ipsa non ad omnes, neque ad eas quæ omnino proponuntur accommodabitur: sed ad eum qui rogat modo, nō ad argumentationem. Ex accentu autem nullæ extant orationes, neque in scripto neque in voce, nisi perpauca. Eiusmodi est hæc, An & habitas est domus? est ergo & habitas, negatio illius, habitas: dixisti autem & habitas domum esse: domus igitur negatio est. Perspicuum est quomodo id explicari debeat. Non enim idem significat graui tono probatum aliquid & circumflexo. Perspicuum etiam est illud, quemadmodum occurrendum est eis reprehensionibus quæ ex eo nascuntur, quod quæ non sunt eadem, eadem esse dicunt; quādoquidem

categoriarum genera tenemus. Nam alter interrogatus respō
 dendo conceſſerit non ineſſe aliquid eorum quæ naturam rei
 declarant: alter autē docuerit aliquid conueire eorum quæ
 cum aliquo conferuntur, aut quæ quanta ſunt, cū propter di-
 cendi genus rei naturam ſignificare videantur. vt in hac ora-
 tione, fieri ne poſſit, vt aliquid ſimul quis & faciat & fecerit?
 Atqui fieri poteſt, vt aliquis quid ſimul & videat, & eadem e-
 tiam ex parte viderit. Rurſus, an pati aliquid ſit aliquid face-
 re? Ergo ſecatur, vritur, ſentitur, eadem ratione dicuntur: eaq;
 omnia quid pati declarant. Quid, dicere, currere, videre eodē
 ne modo inter ſe affecta eſſe dicuntur? Atqui videre, ſentire
 quid eſt. Ita ſimul & quid patitur & facit Quod ſi quis in ſu-
 periore oratione det fieri non poſſe, vt idem ſimul faciat & fe-
 cerit, vt autem videat atque viderit fieri poſſe: is nondum re-
 prehenſus erit, dummodo videre, non facere quid, ſed pati di-
 cat: ea enim deſyderatur interrogatio, ſed ab audientibus
 exiſtimatur dediſſe, tum cū ſecare facere quid & ſecuiſſe fe-
 ciſſe conceſſit, etiam ea omnia quæ eandem analogiam ha-
 bent. Nam quod reliquum eſt auditor præponit, quaſi eandē
 habeat rationem cum non habeat, ſed propter genus dicendi
 habere videatur. Idēq; hic vſuuenit quod in ambiguis. Illic
 enim is qui vim verborum ignorat, rem putat negatam eſſe,
 non verbum: cū quæſtio etiā illa reliqua ſit, an ambiguū vna
 ex parte quam intelligat concedat. Si enim hoc modo det, co-
 arguetur. Similes ſunt his, quæ ſequuntur. Si quis quod habe-
 bat poſt non habeat, id ne amiſit? Iſto enim pacto qui vnum
 modo calculum amiſerit, decem calculos non habebit. Aut
 quod quis non habet, prius autem habuit, idne amiſit? Neque
 enim neceſſe eſt quantum, vel quot non habuerit quis, eū tot
 amiſiſſe. Ergo naturæ quæſtionem ad quantitatis tranſtulit.
 decem enim multa ſunt. Quod ſi initio ita interrogaffet,
 Quot non habet quis cū prius haberet, an tot amiſit? nemo
 dediſſet, ſed vel tot vel aliquid eorū. Et dare quis poteſt quod
 non habet non enim tantummodo vnum calculum habuit.
 niſi fortē non quod non habuit, ſed quatenus: vnum nō ha-
 buit, dedit. tantummodo enim nec quid ſignificat. nec ta-

le vel tantum quid, sed cum alio confertur, ut significet non cum alio. Ut ergo si quæsiuisset, num quis dat quod non habeat, & ille dedisset: rursusque interrogasset, num quis quod non habet cito, cito det: quo dato ille hoc conclusisset, id aliquem dare quod non habeat: tum perspicuum fuisset, nullam esse conclusionem. quoniam cito dare, non est aliquid dare, sed dare hoc modo. Et aliquo modo dare aliquid quis potest, quo modo non habeat, ut libenter habeat, & det inuitus. Sic de illa causa iudicandum est. Eiusdem generis hæ omnes sunt, An ea manu quam quis non habeat, verberet? Aut eo ne oculo quis videat quem non habet? Non enim vnum modo habet. Ac nonnulli quidem has captiones ita discutunt, ut dicant, eum qui plures habeat, vnum modò etiam oculum, & quiduis aliud habere. Alij, quo modo quis qd habeat, eo etià accepisse. Dedisse enim aliquem vnum tantummodo calculum, & alterum ab illo vnum solum accepisse calculum. Sunt etiam qui initio disputationis interrogatione ita refellant, ut quod quispiã nō acceperit, id eū habere posse fateantur: velut eū qui vinū dulce acceperit, eo corrupto in acceptione acetū habere. Sed hi omnes, ut suprà dixim⁹, nō ad argumētationē, sed ad hominē explicationē referunt & accōmodant: præsertim cū si hæc vera esset explicatio, is qui contrariū daret, non posset dissolvere. Id quod in aliis fit. ut si vnum verum est alterum falsum, & planè eodémq; modo quis vtrumq; dici cōcedat, explicatio non concludet: si explicatio non concludet, nulla erit explicatio. Quapropter in iis captionibus quæ expositæ sunt, etiamsi dentur concedanturq; omnia, non tamen ratiocinationem conclusionemque effici dicimus. Atque hæ etiam orationes sunt eiusdem generis, Idne quod scriptum est aliquis scripserit? Scriptum autem est nunc sedere te, quæ falsa est oratio, vera autem erat cū scriberetur: simul igitur scribebatur vera falsaque oratio. Nam veram falsamue orationē dicere, vel opinionem esse, non rem, sed rei qualitatem modumque declarat. Eadem enim etiam in opinione manet oratio. Et, An quod discit quispiã, id est quod discit? Discit autem quis celeriter: id quod tardè percipitur. Non enim qui id

dederit, aliquid eum, sed quodammodo discere concesserit. Et illa, Id ne quod aliquis ambulat calcat? ambulat autem totum diem. Sed non rem ambulare illum concesserit, sed tempus cum pergit. Nec cum poculum bibit, rem quæ est poculū bibit, sed ex poculo. itemque illa, An quod aliquis scit, id vel inueniendo scit vel discendo? Eorum autem quæ scit, aliud inuenit, aliud ab alio didicit: quorum neutro vtrunque continetur: sed fieri potest, ut eorum quæ scit quispiam & aliquid inuenerit ipse didiceritque aliquid, & inuenerit didiceritque omnia. Illa etiam, qua efficitur esse hominem quendam præter ipsum hominē & homines singulos: homo enim & quicquid commune est non rem quampiam, sed qualitatem, vel comparisonem, vel modum effectiōnemve, vel tale aliquid significat. Eadem est eius ratio qua queritur, Coriscus & Coriscus musicus iidē sunt, an ne diuersi? Hic enim rem declarat, ille qualitatem: itaque non est per se, neque vllam habet soliditatem aut eminentiam. Nam enumeratio tertij hominis non facit hominem quendam tertium: sed si concedatur, ut singuli homines, sic tertius homo aliquā rem declarare. Neque enim si Callias & homo quid significet, idcirco homo etiam tertius. Nec quicquam interest, id ne aliquis quod enumeratur & exponitur, non rem & substantiam significare, sed qualitatem dixerit. Nam præter multos vnus quidam veluti homo futurus est. Illud igitur perspicuū est, non esse dandū id quod communiter in omnibus dicitur declarare aliquid, sed vel quantitatem, vel qualitatem, vel relationem, vel aliquid aliud generis eiusdem. Omnino argumētationū omniū captiones, quæ ex verbo erunt, semper ex contrario eius vnde captio orta est, diluentur: veluti si ex coniunctione existet, distinctione explicabitur: Sin ex distinctione, coniunctione. Rursus, si ex accentu acuto nascetur, in graui erit explicatio: contraque si ex graui, in acuto erit. Si verò homonymū verbum eam effecerit, contrarium verbum erit proferendum. ut si vsuueniat ut animatum esse quid dicat, ille autem neget esse: profectō id inanimatum sit necesse est. Sin inanimatum esse quid dederis, alter autem contrā animatum esse concludat: tibi dicendum erit, te eam rem, quæ vacet omnino, intellexisse,

Similis est ambiguum ratio. Si autem ex similitudine verbi oriatur, à contrario petenda erit explicatio. Vt in hac, Id ne det aliquis quod non habeat? non quod non habet, sed quemadmodum non habet: veluti vnū modò calculum. Et si quaeratur, An quod scientia quis comprehendit, id vel inueniendo vel discendo comprehenderit? respondendum est, nō quæ sciat. &, An quod pergit calcat? Respondendum, non eo tempore cum calcat. Quod eodem modo de cæteris iudicandum est. Quod autē attinet ad eas captiones quæ ex attributis rerum nascuntur, vna omnium explicatio est. Nam quoniam nondum à quoquam expositum est, quando in re ipsa verè dicatur, id quod accidentibus & attributis conuenit, & in nonnullis videtur dici, idque cōfirmant qui hanc explicationem inuenerunt: alia autem sunt in quibus nō necessariò effici assenserunt: nobis certè dicendum est æquè de omnibus, id nō necessariò effici, & quid quale proferamus habere debemus. Hæ autem orationes ex attributis & accidente omnes oriūtur, vt, Scisne quid ex te sim quæsiturus? Nostin' eum qui ad nos venit, aut eum qui opertus est? an statua opus tuum est? an tuus canis pater? an admodum pauca, pauca sunt? Perspicuum est enim in his omnibus non necesse esse quæ in accidente verè dicantur, ea etiam in re intelligi: præsertim cum in eas tātummodo res quæ natura & substantia non differūt, vnumq; sunt omnia eadē cadere videantur. Aliud autem est bonum, & bonum esse & interrogandū, & aliud eū qui accedat opertus, accedere, & Coriscum esse. Quocirca non si Coriscū noui, & eū qui accedit ignoro, eundem & noui & ignoro. Nec si hoc opus est, & meū est, idcirco meū est opus: sed vel possessio, vel res, vel quiduis aliud. Quod idem in cæteris fit captionibus. Nonnulli autem hæc, distinctione interrogationis refellunt, fieri enim posse aiunt, vt idem & noscatur & ignoretur: sed non eadem ex parte atque cogitatione. Itaque eum qui venit ignorare se, & Coriscum noscere cum dicunt, idem se & nosse & ignorare fatentur: sed alia atque alia ratione. Atqui primum quemadmodum iam diximus, omnibus captionibus quæ ex eodem vitio oriuntur, eadem adhibēda est correctio. cui hoc loco non erit locus. Si quis eandem enunciationem

sumat, in qua non cognosco verbum, sed sum aut aliqua affectio modis que ponatur: vt si hic pater sit, & sit tuus. vt enim in quibusdam hoc verè dicatur, fieri que possit vt idem & noscatur & ignoretur, at nō hoc in loco. Nihilque prohibet multa vitia in eadem inesse argumentatione: sed non omnis vitij declaratio explicatio est. quippe cū aliquis possit docere falsum cōclusum esse, & vnde cōclusum sit non docere. veluti Zenonis argumentatione, qua efficiebatur non esse motum. Itaque si quis det operam, vt Zenonem incommodo, cōclusa argumentatione vrgeat, errabit, etiam si millies concludat: neque enim hæc explicatio est: cū sit explicatio, explanatio causæ cur falsa sit conclusio. Ergo si non concluderit quiduis, aut etiam verum aut falsum conetur cōcludere, illius explanatio explicatio est. Quanquā autem illud explicandi genus in quibusdam nihil prohibet valere, tamen in his quæ suprà allata sunt non valet omnino. Nam Coriscū, quia Coriscus est, nouit: eumque qui venit, quia venit. Et fieri potest, vt idē & noscatur & ignoretur. Veluti alb⁹ esse noscetur, & musicus esse ignorabitur. Sic enim eundē quis & nouit, & non nouit: sed non eadem ratione & cogitatione veniētē & Coriscū, & venire & Coriscū esse nouit. Simili in errore versantur ij qui omnibus in numeris multa & pauca refellunt. Cū enim conclusio non sequatur, tamen id dicere prætermittunt & verum conclusum esse cōcedūt, vel multa ī numeris vel pauca esse omnia. Quod peccatū est vel maximū. Sunt etiā qui ex ambiguo cōclusiones & argumēta explicent, vt dicant tuum esse patrē, aut filiū, aut seruū. Atqui si ex ambiguo nasci captio videretur, pfectō vel verbum vel ipsa oratio multorum propria esse deberet: & hunc esse huius filium, si filij sit dominus, nemo propriè dicit: sed ex attributis personarum hæc omnis est verborum collocatio. Est ne hic tuus? etiam. est autem hic filius, hic igitur tuus est filius. quodd accidit vt hic esset & tuus & filius: sed non filius tuus. Eadem est ratio illius quā aliquid malorum bonum esse ostenditur. Prudentiam enim malorum esse artem. Aliquid autem esse aliquorū non ambigue dicitur, sed possessio quod si fortè dicatur, peccatum in eo est: quoniam hominem animalium esse dicimus, sed non possessionem. ac si quid ad

mala quasi illorum gignendi casu sit referatur: propterea malorum est, nō tamen id in malis. Ita ex eo quod quodāmodo est, etiam omnino videtur. Quanquam fieri potest fortasse ut bonum malorum sit duobus modis & ambigue non in superiori oratione: sed si quis sit servus probus improbi, imò verò ne sic quidem erit. Non enim si bonū sit & huius sit, propterea simul huius sit bonum. Quin, ne illud quidē hominē esse animantium ambigue dicitur. Neque enim si quid interdum detracta & tacita aliqua parte significamus, id ambiguum est: quippe cum pronunciato dimidiato versu, veluti, Musa mihi memora, si dicamus, Da mihi, Iliadē significemus. Cap-
 nes autem quæ ex eo maximē nascuntur, quòd aliquid, aut aliqua ex parte, aut alicubi, aut quodāmodo, aut cū aliquo collatum dicitur, non omnino, ita facillimē dissoluemus, si ex contraria oratione spectabimus, eorūne quippiā in cōclusionē videatur. Contraria enim & quæ proprio & quæ cōmuni nomine appellantur, & aientia & negantia in eodē omnino esse non possunt, cum interea vtrumque quadā ex parte, aut quodam modo, aut cum alio atque alio collatum, aut hoc quadā ex parte, illud omnino nihil prohibet. Itaq; si vnum quadam ex parte, alterum omnino in eādē rem cadat, nondū reprehensio est. Idq; ex contraria oratione in cōclusionē spectandum est. Hæc autē insunt in his orationibus, fieri ne possit, ut id sit quod non est: est autem aliquid quod non est. Similiter quod est non erit. nō enim aliquid eorum quæ sunt futurum est. Fieri ne possit, ut idem simul sanctē iuret & peieret? fieri ne possit, ut idem simul eidem & credat & non credat? Sed aliud est esse aliquid, & esse omnino. & quod nō est, nō si quippiam est, etiam omnino est: nec si quis aliquid se iuret facturū, aut aliqua ex parte, religiose iurat necessariō. Etenim qui se peieraturum iuravit, sanctē iurat ille quidē peierans in hac re tantūmodo, tamen sanctē non iurat omnino. Nec qui non habet fidem credit, sed quadam ex parte credit. Similis est etiam ratio illius, mentiri eundem simul, & verum dicere. Sed quia non facilē cognosci perspicique potest, det ne quispiam mentiri planē alterum & vere dicere, id difficile videtur: cum interim nihil prohibeat eundem & omnino mendacem esse,

& quadam ex parte veracem: aut veracem aliquem in re quam, veracem autem non omnino. Eodem modo de iis quæ ex comparatione, & ex eo quod quadam ex parte, & aliquando fit, oriuntur, iudicandum est. Omnes enim hæ captiones ex eo nascuntur, Sicut ne valetudo & diuitiæ in bonis? atqui infirmo & ei qui non probè vitur, non sunt bona in bonis igitur sunt, & in non bonis. An valere & posse in ciuitate vtile est? incidere autem potest tempus cum etiam non vtilius & satius sit: idem igitur eidem vtile & inutile. Quanquam nihil prohibet id quod omnino sit bonum & vtile, alicui non esse bonum. Sicut ne id malum quod prudens nolit? Bonum autem prudens non vult amittere: malum igitur id quod bonum. Aliud est enim bonum malum esse dicere, & bonum repudiare. Similis est etiam quæ de fure tractari solet argumentatio. Non enim si fur malus sit, & accipere malum, propterea ille vult malum sed bonum. accipere enim bonum est, & morbus malum: at morbum respicere non est. An ius magis expetendum sit quam iniuria? & facere iuste quam iniuste? at mori iniuste magis expetendum est. An sua quemque tenere æquum est? Quæ autem aliquis de sua sententia iudicavit si falsa sunt, ex lege rata sunt: idem igitur iustum & non iustum. Itemque illa, vter condemnandus est, is ne qui ea quæ iusta sunt commemorat in iudicio, an is qui iniusta? Atqui æquum est eum qui iniuriam accepit ea quæ passus est accommodatè exponere: quæ eadē iniusta sunt. Adhuc captiones exposui, nunc quemadmodum discutiendæ sint dicam. Non si quid ferre iniuria expetendum est, idcirco iniuria præstat ferre quam iure: sed iure pati præstat omnino, aliquid autem nihil prohibet iniuria pati præstare quod iure. Itemque tenere sua quemque iustum est, & aliena iniquum: & tamen iudicium hoc iustum esse nihil prohibet, ut si factum sit iudicis sententia. Non enim si quid iustum est, aut aliquo modo iustum, propterea omnino iustum est. Itemque nihil prohibet, eorum quæ iniusta sunt atque iniqua, iustam esse expositionem. Neque enim si quæ æquum est commemorare, ea etiā iusta esse necesse est. Sicuti nec si quæ vtile est dicere, idcirco vtilia sunt. Quod eodem modo de rebus iustis iudicandum est. Quocirca non si ea quæ dicuntur iniusta sunt, is qui res iniustas

commemorando vincit. Ea enim dicit quæ & iustum est dicere, & iniquum ferre omnino, iis autem captionibus quæ ex reprehensionis definitione existent, occurrendum erit ea ratione quam supra præscripsimus. Conclufione enim cum oratione contraria collata, quemadmodum erit idem & eadem ex parte, & cum eodem collatum, & eodem modo eodemque tempore, videbimus. Quod si initio disputationis queratur, non concedendum est fieri non posse, ut idem sit duplum & non duplum: sed dandum est, non tamen eadem ratione. Id enim esset reprehendi sine controuersia. Captiones quæ sunt ex hoc genere, sunt huiusmodi. Noritne rem qui quamque rem qualis quæque est nouit. Itemque, is qui ignorat? Atqui idem qui nouit Coriscum quia Coriscus sit, eundem quia musicus, ignorat. Eadem igitur rem & nouit & ignorat. Et rursus, an res quatuor cubitorum magnitudine ea quæ trium est, maior sit? fieri autem potest ex trium cubitorum magnitudine quatuor in longitudinem magnitudo: & quod maius est minore maius est. Eadem igitur res seipsa & maior erit & minor. Eas verò quæ ex eo oriuntur quod initium disputationis petitur, vel sumitur, is qui respondendi partes obtinebit, si id perspicuum sit, non dare, sed vitium indicare debet, etiam si probabile videatur. Sin obscura illa erit primæ disputationis petitio vel sumptio, ignorationem suam propter vitium talium disputationum ad interrogantem, ut qui minime differat, retorquebit. Reprehensio enim primæ disputationis petitionem summptionemve respuit. Deinde admonere debet se id dedisse, non ut eo ad id quo usus sit vteretur, sed ut eius contrarium argumentando concluderet. Iam cum ea incident quæ à consequentibus sumuntur, in ipsa argumentatione docendum erit, duplex argumentum esse à consequentibus. vnum, cum ex parte totum concluditur, ut ex homine animal, volunt enim, ut hoc ex illo consequens est, sic illud ex illo esse. Alterum, ex contrario. Si enim hoc illud sequitur, illius etiam contrarium alterius contrarium sequetur. Ex quo ducta est Melissi argumentatio. si enim quod ortum est initium habet, id quod non ortum est & generatum, vult non habere: ita si cælum ortum non habet idem termino caret. Non ita est. contra enim argumentatio ducitur. In iis autem quæ ex eo concluduntur quæ

aliquid adiunctum fit, illud primum videndū est, an eo subla-
to quod adiectū est, nihilo minus incōmodum sequatur. de-
inde eo plano facto dicendum est id datum esse à nobis, non
quòd ita videretur, sed disputationis gratia. id autē quomodo
vñs est, nihil ad disputationem pertinere. Eæ verò quibus ex
multis interrogationibus vna fit, initio distinguendæ sunt, cū
præsertim ad interrogationē vnā semel fit respondendū. Itaq;
nec plura de vno, nec vnum in multis: sed vnū ex vno enun-
ciandū & negandū est. Vt autē in homonymis interdū vtriq;
interdū neutri cōuenit, vt eos qui semel & omnino ad vnum
rogatum respondent, incommodū nullum sequatur: sic in his
cum multa vni, vel vnū multis conueniunt, aut nō cōueniūt,
cum qui omnino concedet versabiturq; in hoc errore, nulla
sequetur repugnantia. Cum autē vnum cadit, alterū nō cadit,
aut multa in multis dicuntur, & quodammodo vtrūque vtri-
que conuenit, quodāmodo non cōuenit: tum nec cōcedendū
est, nec abnuendū: cuiusmodi sunt orationes, in quibus si vnū
fit bonū, alterum malum, est verum, hæc bonū esse & malū.
& rursus, neq; bonum neq; malum: neq; enim vtrunq; cadit
in alterum. ita idē bonum erit & malū, & nec bonum nec ma-
lū. Et si quæq; res eadē est, ipsa & sui similis & à cæteris diuer-
sa: hæc autē cum nō eadē quæ alia sint, sed sui similia & à sese
diuersa, fit vt eadē res & à se diuersæ sint, & sui dissimiles.
Præterea si quid ex bono malum fiat, & ex malo bonū, iā duo
erunt, quorū duorum & inæqualiū vtrunq; ipsum sibi par &
æquale erit. ita eadē res ipse sibi & æquales, & inæquales erunt.
Ac hæc quidem captiones aliter etiam explicari possunt. Cum
enim plura hæc nomina ambo & omnia declarent, fit vt eadē
dicamus & negemus: nomen tamen alij atq; alij rei quā signi-
ficet accōmodem⁹. In quo nulla reprehēssio est. sed illud per-
spicuum est, si qua res vna vni cōuenire, aut non cōuenire si-
gnificetur interrogando, non plura semel querētur ex nobis,
nos respondendo nihil incōmodi esse suscepturos. Quod Ca. xv. ij
autem attinet ad eas captiones quæ eò deducunt nos vt idem
iteremus verbū, illud perspicuum est, non esse cōcedenda per
se ac separatim aliquid significare ea nomina quæ cum aliquo
conferuntur. cuiusmodi est duplum, quod solum sine verbo

simpli, nihil significat, propterea quod tū vnū quid esse vide-
 tur. Nā & decē in iis quę vno dēpto decē sunt, intelliguntur:
 & verbū facio in hac oratiōe, nō facio, & omnino in negatio-
 ne affirmatio. Sed tamen non si quis dicit quippiā, nō esse al-
 bū, propterea ipsum albū esse confirmat. Duplum autē per se
 nihil fortasse declarat: sicut nec id quod in simplo intelli-
 gitur, quod si fortē significat: at certē nō idem quod cum simpli
 ci verbo coniunctum. Ne ars quidē inspecie quid significat, vt
 cum medicina ars esse dicitur, in quo artis vocabulū latē pater:
 in illo autē ars & scientia eius est quod sub sciētiā cadit scien-
 tia. In iis autē nominibus quibus alia definiuntur, hoc dicēdū
 est, nō idē per se significare id quo vtimur in definiēdo, quod
 in oratione. Nā cōcauum promiscuē & passim idem in simo
 & in obliquo declarat. coniunctū aut cum iis, vt illud cū na-
 ris, hoc cum cruris verbo coniungatur, nihil prohibet signifi-
 care. Nec interest, vtrum dicas nasum simum, an nasum cōca-
uum. Præterea in his verbis non est cōcedenda in recto dicen-
 di ratio. Est enim falsa: quoniā (vt hoc verbo vtar) finitas non
 est nasus concauus, sed nasus quædā quasi affectio. Quapropter
 non est alienū, nares simas nares esse, quæ concauitates narium
 habent. Quibus autē de causis solœcismi fiant, suprà diximus.
 Quemadmodum autē discuti dissoluq; debeant, in ipsis ca-
 ptionibus intelligemus. Omnes enim quas subiiciam, solœci-
smum facere volūt. An quod verē dicis, id vere est? ais autem
 quidpiam esse lapidem. Est igitur quippiam lapidem. Sed di-
 cere lapidem, non est dicere aliquid quod neutrius, sed quod
 maris genere declaratur. Quocirca si quis roget, an quem no-
 minas, verē hūc est? nō latinē loqui uidebitur: sicut nec si quis
 requirat, hūcine est quam esse dicis? Vtrum autē lignum hic
 an ea quæ nec marem nec foeminā significant, nihil interest.
 Itaque nō fit solœcismus in hac argumentatione, an quod ais
 esse, id lignū est? lignum autē ais esse: lignum igitur est. Lapis
 autem, & hic maris habet inflexionem. Quod si quis interro-
 get, sit ne hic hæc? Deinde rursus, quid? num hic Coriscus est?
 tum dicat, Est igitur hic hæc: non concluderit solœcismus, ne
 si Corisci quidem verbum foeminā significet: modò id nō de-
 derit is qui contrā disputabit: sed hoc antē quærendum est. Si

vero nec fit illud, nec ille dederit, certè is nec verè, nec contra eum qui rogatus est, concluderit. Eodem modo illic lapidem huius vocabulum declarare debet. Sin minus, nec alter id dedit significare, non est appellanda conclusio: sed videtur esse, propterea quòd dissimilis casus nominis similis apparet. Verum ne est hanc esse id quod eam ais esse? esse autem eam aspidem ais: est igitur hæc aspidem. Sed non necesse est, si aspidem non id significet: sed aspis & aspidem hanc. nec quod ais esse, id hic est: ais autem esse Cleonem. est igitur hic Cleonem. Dictum est enim, quem ais hunc esse, hic est, non hunc. neque enim latina fit interrogatio, si hoc modo proferatur, Scin' tu hoc? est autem lapis: scis ergo lapis. Sed non idem significat in interrogatione, scin' tu lapidem? quod in assumptione: est autem lapis. Sed in illa est accusandi casus, in hac recti. An cuius scientiam habes id scis? lapidis autem scientiam habes: scis igitur lapidis. Sed cum dicis, cuius, lapidem in gignendi casu intelligis: cum autem id, lapidem in accusandi casu & maris genere Datum est autem cuius scientiam haberes, id scire te, non eius: item non lapidis, sed lapidem. Atque illud quidem perspicuum est, ex iis quæ diximus, hæc argumenta non concludere solœcismum, sed speciem quandam præ se ferre conclusionis: & quemadmodum eis sit occurrendum.

Intelligendum est autem facile esse perspicere in quibusdam argumentis, in aliis difficile, qua de causa & qua in re auditorem capiant atque decipiant, cum sæpe eadem hæc sint quæ illa. Eadem enim argumenta captiosa vocanda sunt omnia quæ ex eodem vitio nominantur. Idem autem argumentum captiosum aliis ex verbo, aliis ex attributis & accidētē, quibusdā ex alio videtur existere, propterea quod cum quicque transfertur non idē declarare videatur. Vt ergo captionum earum quæ ex homonymia oriuntur, quæ ex omnibus maximè solent vsurpari, partim cuius perspicuæ ac notæ sunt: omnesque captiones ridiculæ ferè in verbo versantur, cuiusmodi hæc sunt, Vir vehebatur curru per scalas. Quòδεῖς λέγει ad direptionem? & vtra boum ἐμπεροσεν peperit? neutra, sed ponè vtraque. & κα-

θάρσος boreas? certè non. interfecit enim mendicū & emptorē.
 An non Euarchus, nō certè, sed Apollonides? alięque eius ge-
 neris plurimę: sic partim eos etiā qui in captionibus diu mul-
 tumque versati sunt & exercitati fallunt & fugiunt. Idque ex
 eo intelligi potest quod ferè verbis dissentire & discrepare
 solent. velut vtrum idem significet in rebus omnibus vnum
 & id quod est an aliud. nonnulli enim vnum & id quod est
 idem declarare existimant. alij Zenonis & Parmenidis ratio-
 nem explicant, propterea quod vnum & id quod est plura si-
 gnificare videantur. similiter eę captiones quę in accidente
 aliis que rebus cernuntur, eam vim habent, vt aliis facilius, in
 aliis difficilius perspicui possit & genus ipsum captionis, & sit
 necne reprehensio: nec in omnibus æquē id facile est. Diffici-
 lis autem & grauis est argumentatio quę eā vim habet vt ani-
 mi dubitando in contrarias partes distrahatur. ferit enim hæc
 pungitque maximè. Dubitatio autem duplex est: quarum al-
 tera in disputationibus dialecticorum versatur, cum dubita-
 mus quod potissimum rogatū sequamur, altera in iis cerni-
 tur quę pugnandi studio comparantur: cum in quo captionis
 genere propositum argumentum versetur ambigunt. Itaque
 in disputationibus dialecticorum argumenta difficiliora ma-
 gis ad inquirendum impellunt. Argumenta autem dialecti-
 corū tum demū ad refellendum difficillima erūt, si ex iis quę
 videntur q̃ maximè probari id quod maximè probabile est
 euertent & cōfirmabunt. vna enim cū sit argumentatio, tamē
 cōtraria & contradicēte enunciatione trās lata omnes ratioci-
 nationes sui similes obtinebit: quippe cū futurum sit semper, vt
 ex probabilibus itē probabile infirmet & cōfirmet, vt ambi-
 gere & dubitare animis necesse sit. Ac difficilis quidē illa ma-
 ximè est quę interrogationibus parē ac similē facit cōclusio-
 nem. Secundo loco ea quę ex similibus omnib⁹ progreditur,
 quę faciet itē vt dubiū sit vtrum rogatū negandū sit. id quod
 difficile factū est. Nā & infirmandū est, & tamen vtrū sit incer-
 tum est. Earū autem quę certādi studio cōparantur, ea primū
 difficillima est: quę quum primū tractata est, dubium est rem

nécne cōcluserit & effecerit, & vtrū in distinctione ac falsitate illius cōsistat explicatio. Deinde ex reliquis ea cuius explanationē perspicuū est vel in falsitate vel in distinctione versari, sed dubiū est vtrius rogati euerfione aut distinctione sit dissoluēda, quin etiā vtrū in conclusionē an in altero rogato explicatio queri debeat. Ac interdū quidē ineptū est argumentum ex quo nihil effectū est tum cū nimis improbables aut falsę sunt assumptiones, interdū autē nō est negligēdum. Nā & cū aliquod rogatū deest, in quo illa vis inest, vt in eo versetur, & vt ex eo ducatur argumētum neq; id assumptū est, & tamen tractatū est & explicatū argumentū, inepta ratiocinatio est: & cū aliquid prætermissum est eorū quæ extrinsecus ad rē quę proposita est confirmandā assumuntur, nō faciliē cōtēni negligiq; debet: sed argumētum satis est aptū & æquū, & is q. interrogat nō præclarè suo funct^o est munere. Explicatio autē aliàs ad totā argumentationē, aliàs ad eā quę rē querit et ad rogatū, interdū ad neutrū eorum referri potest. Eodemq; modo querere licet & tractare argumētationē tum contra id quod venit in disputationē, tū cōtra eū qui respōdet, tū cōtra tēpus cū plus tēporis desyderat explicatio, q̃ quātum datū sit ad differendū contra explanationē. Diximus ex quot quibūsq; nascātur captiones in disputando, & quēadmodū eū q. mētiatur indicem^o, impellamusq; alterū vt admirabilia quędam & cōtra opiniones omniū dicat. Ostēdimus præterea ex quibus efficiatur ratiocinatio, & quānā sit interrogādi ratio, & quānā sit interrogationū ordo. illud etiam docuimus, quis sit vsus horū argumentorū. diximus de ratione & disciplina respōdendi, & quēadmodū argumēta captiosa ratiocinationesq; dissolui debeat. Reliquū est vt de instituti nostri ratiōe enumerātes, nostrumq; sermonem concludentes, pauca dicamus. Propositū nobis fuit rationē quandā de omni re proposita differēdi ex iis quę maximè probarentur inuenire. hoc enim officium est dialectices, & eius rationis, quæ periculi faciendi causa cōparata est. Quoniam autem antè confirmauimus dialecticē propter sophisticas quā sequuta est vicini-

Cap. 22.

g ij

tatem, nō solum posse probabili, sed etiam necessaria ratione differere: ob eam causam, non solum eius officium in eo posuimus, ut ea instructi argumenta sumere, sed etiam ut argumentis resistentes causam differendi iis afferendis quæ maxime item probabuntur defendere possimus. cuius nos modo quæ causa esset diximus, ob eamque causam Socrates querere solebat, non respondere: quippe qui nihil se scire fateretur. quæ quidem facultas ad quas res esset utilis, & quibus, quotque rebus comparari posset, atque unde harum rerum nobis magna suppeteret copia, in superioribus libris demonstrauimus. Illud etiam exposuimus quæ esset interrogandi ratio & ordo, quæ respondendi, & quomodo explicanda argumenta. Cætera etiam ostendimus quæ ad eandem rationem differendi pertinent. denique ut etiam supra dictum est, de captiosis & fallacibus argumentis diximus. Quæ cum ita sint, certè hinc instituti nostri ratio commodè habebit terminum.

Cap. 23.

Quod autem in ea de qua agitur arte usu venerit ignorare minimè debemus, eorum omnium quæ inueniuntur partim cum prius ab aliis percepta & comprehensa essent, & sigillatim elaborata opera eorum qui posterius accepissent, progressa esse longius, partim à prima origine paruum primum progressionem facere solent, sed multò utiliorè ea qua assequuntur ex his, amplificatione. Cū enim maxima est in principio totius rei vis, ut dicitur, tum difficultas maxima. Quo enim maior est in eo vis, eò quoniam perexiguum est, difficilius cadit sub aspectum, hoc autem inuento, facilius est reliqua addere & conducere. quod etiā in libris de ciuili scientia contingit, ac ferè in cæteris artibus omnibus. Qui enim artes inueniunt, omnino paulum aliquid processerunt: ij autem qui nunc in honore habentur cum à multis quasi hæreditario iure, iis qui vicissim propagarunt accepissent, sic auxerunt. Tisias quidem primus successit. Tisias Thrasymachus. Thrasymacho Theodorus, multique multas partes contulerunt ut hanc magnam esse artem nihil mirum esse videantur. At verò huius artis non partes aliqua perfectæ erant initio, aliæ erant: sed ne

vna quidem omnino suberat. Nam eorum qui disputatio-
 nes eas quæ certandi studio instituebantur mercede docebāt,
 similis erat disciplina Gorgiæ instituto. Nam cum orationes
 alij ad dicendum, alij quæ ad quærendum & interrogandum
 valerent, darent ediscendas, in quas vtrique sæpe mutuis ser-
 monibus incidere solebant: fiebat vt discipuli celeriter illi
 quidem, sed sine arte perciperent quæ ab illis traderentur.
 præsertim cum ita demum se instituere & docere existima-
 rent, si non artem, sed ea quæ artis essent traderent. vt si quis ar-
 tem se traditurum profiteretur qua pedum dolori medere-
 mur, deinde non artem doceret calceorum conficiendorum,
 nec vnde hæc pararentur traderet, suppeditaret autem varia
 genera calceorum, is certè vt adiuumentum ad vsum adferret,
 artem tamen non traderet. Et eloquentiæ quidem multa pro-
 fectò & veterum præcepta extiterunt, dialectices autem nul-
 lum omnino habemus antè aliud, quàm longo vsu quæren-
 do multum temporis consumpsimus. Quod si vobis in hæc
 ipsa intuentibus non videtur hæc ipsa disserendi ratio ex iis
 quæ ab initio suppetebant satis præclarè constituta esse præ-
 cæteris artibus quæ hereditario quodam iure ad tantam am-
 plitudinem elatæ sunt: hoc profectò vnum reliquum est
 vobis aut iis qui audient, officium, vt si qua præ-
 termissa sint iis qui prætermiserunt ve-
 niam detis: & si qua inuenta, inuen-
 toribus gratiam habeatis.

g iij

EIVSDEM PERIIONII IN EVN.
dem Librum observationes.

MULTA à nobis in alijs libris quos ab Aristotele transtulimus, notata sunt, quæ ad hunc locū pertinent. Itaque ne longiores simus, nos hoc loco perpauca dicemus, alij reliqua inde assument, quæ ad hunc locum pertinere videbuntur. Agamus igitur, ut cœpimus.

De reprehensionibus fallacibus, ijsq; quæ reprehensionis speciem præ se ferunt, cū captiones sint, nō reprehensiones) ποῦ δὲ τὸ σοφιστικὸν ἐλέγχων, καὶ τὸ φαινομένων ἢ ἐλέγχων, ὄντων δὲ πῶς αὐτοῖς ἀλλ' ἐκ ἐλέγχων.) Hoc principium est libri, in quo cum δὲ collocatum sit, faciliè apparet, hunc librum non per se ab Aristotele editū esse, sed adiunctum superiori- bus. Itaque in eo extremo perorans, non ea solum quæ hoc libro continentur repetit atque enumerat, sed ea etiam quæ libri octo Topicorum proficiunt. Ego autem casu potius quàm consulto, hunc ab illis separavi, quod tum illos edidi, cū magnis curis confectus essem. quanquam in eo consilium meum spectari volo, quod tum Aristotelis Ciceronisque Topica conferenda inter se susceperam. Sed ad verba veniamus, σοφιστικὸς ἐλέγχος, appello reprehensiones fallaces, quod σοφισματικὸς Cicero, ut docui in Topicis, fallaces conclusiunculas nominet. Et quoniā hæc verba crebra sunt in hoc libro, libet de ijs etiam accuratius differere, quàm in Topicis feci. Non solum Aristoteles σοφιστικὸν ἐλέγχων dicit, sed etiā λόγον. i. disputationem aliàs, aliàs argumentationem, ἔν τε argumentum: itemque ἐπιστικὸν appellat, ἔν τε ἀποδεικτικὸν eundem. Quod vel ex illo uno loco perspicui potest, qui in hoc libro positus est secunda ferè pagina, ποῦ δὲ τὸ ἀποδεικτικὸν καὶ ἐπιστικὸν νῦν λί- γον. Nam cū siue disputationes, siue sermones, siue argumentationes di- stribuisset in partes quatuor, quarum in quarta τὸ ἐπιστικὸς collocavit: tamē ἐπιστικὸς ἔν τε ἀποδεικτικὸς hoc loco coniunxit. Quid autem inter se differant, mox differemus. homines etiam qui his argumentationibus utuntur, σοφισ- τῆς, ἔν σοφιστικοί, ἔν ἐπιστικοί, ἔν ἀποδεικτικοί nominantur, etsi hoc postre- mum apud illum pro hominibus non legi. De cæteris exempla mihi afferen- da putavi, ut eorū distinctio intelligatur. In medio ferè hoc libro scribit his verbis, ἐκ τῶν οἱ πάντων νικῶν προαίρεται, πάντων ἀπὸνται, ἔν τε πάντων οἱ ἐπιστικοί. οἱ μὲν δὲ τῆς νίκης αὐτῆς χάριν, οἱ δὲ τῶν ἐπιστικῶν αὐτῶν

εἰ καὶ φιλέριδες δοκῶσιν εἶναι, οἱ δὲ δόξης χάριν τὸ εἰς χρηματισμὸν, σοφισ-
 τῶν. ἢ γὰρ σοφιστὴς ὅστις, ὥσπερ εἶδεμεν, χρηματικῆς ἀπὸ σοφίας φαι-
 νομένης. διὸ φαινομένης ἀποδείξεως ἐφίεται, ὅτι τῶν λόγων μὲν εἰσιν οἱ
 φιλέριδες καὶ σοφισταί, ἀλλ' ὅτι τῶν αὐτῶν ἐνεκεν, καὶ λόγος ὁ αὐτὸς μὲν
 σοφιστικὸς καὶ ἐριστικὸς, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὸς, ἀλλ' ἢ μὲν νίκης φαινομένης,
 ἐριστικὸς, ἢ δὲ σοφίας, σοφιστικὸς. *Ego sic conuerſi, Quemadmodum illic*
omnes qui sibi victoriam proponunt, sic hic ij qui pugnaces sunt, tentant
expeririunturque omnia. Ac ij quidem qui vincendi studio eos se præstant,
homines litigiosi & amantes litium videntur: qui autem ostentationis aut
quæstus causa, sophistæ. Est enim Sophistice, ut diximus, quædam ratio
quærendi opes simulatione sapientiæ. Itaque studio est illis conclusio, quæ
necessariam fallaciter imitetur. Sumique orationum earundem amantes &
ij qui certandi studio disputant, & sophistæ, sed non eundem sibi finem pro-
ponunt. eademque oratio litigiosa & fallax est, sed non eadem ex parte:
sed quia victoriæ speciem sequatur, litigiosa: quia sapientiæ, fallax nomi-
natur. Atque ex his perspicitur potest, & orationum fallacium, & eorum
qui eas adhibent distinctio. Cicero autem in 4. libro Academicarum quæ-
ſtionum homines his multis nominibus appellat. Ego si aut ostentatione ali-
qua adductus, aut studio certandi, ad hanc potissimum philosophiam me ap-
plicavi, non modò stultitiam meam, sed etiam mores & naturam condem-
nandam puto. Sophisten enim significat, cum dicit, ostentatione aliqua addu-
ctus: & ἐριστικόν, cum ait, studio certandi. quanquā verbum è verbo ἀπο-
ριστικόν. In hoc enim verbi vim Cicero spectauit: in illo finē quem sophistæ
sibi proponunt, ut quod ait Aristoteles τὸ δόξης χάριν, ostentatione ad-
ductus, dici posse videatur, quāquam ostentationis causa etiam dici eodem
libro, qui dicantur Sophistæ definiens his verbis: Sic enim appellantur ij, qui
ostentationis aut quæstus causa philosophantur. Sed ad alia veniamus.
ἐλεγχον reprehensionē dico cum Cicerone, redargutionē fugio, etsi verbū
redarguere in vsu est apud eundē. Sed de his satis multa in Topicis diximus.
φαινομένην τὰ ἐλεγχον modo appello, quod præ se fert speciem reprehensio-
nis, modò quod reprehensionis est simulacrū, simulatio, & fallax imitatio.
Sic Cicero 4. Academicarū quæſtionum, Nam quæ voluptate quasi merce
de aliqua ad officiū impellitur, ea non est virtus, sed fallax imitatio, simula-
tiōq; virtutis. Nam illud genus, speciem præ se ferre alicuius, crebrum est
apud eundē, & in hoc libro semel multis verbis dicit hoc Aristoteles, εἰς δὲ

ἔχειν. φαίνεσθαι autem idem valere, quod prae se ferre speciem, hinc intelligi potest, quod εἶναι est verè esse aliquid. hinc saepe apud Græcos τὸ ὄντι idem quod vere efficit. Alioqui quàm inculta futura est oratio, si φαίνεσθαι semper apparere dicamus: Quis autem nos ferre possit, nisi forè imperitus, si φαυτασίαν apparentiam, & φαινομένως apparenter transferam: His enim verbis coniugatis hoc libro utitur, quorum illud speciem dico, (nam visionem & visum in alia re dicit Cicero) & hoc fallaciter, ut ἐλυσικῶς, vel ἀρτυνισικῶς pugnaciter cum Cicerone. πῦαλογισμὸν autem captionem vno verbo appellari à Cicerone in Topicis demonstravi, & his pluribus, fallacem conclusionem, ut τὸ σιμοισμῶ, id est argumento ratione concluso contrarium esse videatur. Ac fortasse hoc loco sic melius dici potest. Nam ὄντων δὲ πῦαλογισμῶν, ἀλλ' ἔτι ἐλέγχων, dicit, quod πῦαλογισμὸς non sit σιμοισμὸς, cum esse debeat, si quidem sit ἐλέγχων, cum omnis reprehensio sit ratiocinatio. Αὖτις etiam hoc libro captio dicitur, & fallacia, ut ἀπατᾶν capere & captare, & decipere, & fallere, & ἀπατατηκὸς captiosus & fallax. nā deceptorius barbarum est vocabulum. Idem valet πῦακρὸς ὄν, & πῦαλογίζεσθαι, quod posterius in iis est verbis, ut in Topicis docui, quæ utranque habent significationem. Cicero in 4. Academicarum questionum, Quid ad illum qui te captare vult, utrum tacentem irretiat te, an loquentem? ibidem, Sapientis autem hanc censet Archefilas vim esse maximam, Zenoni assentiens, Cauere ne capiatur, ne fallatur videre. Ibidem, Alterum est, quod fallacibus & captiosis interrogationibus circumscripti atque decepti quidam, cum eas dissolvere non possunt, desciscunt à veritate. Capi ergo est decipi, & captiare decipere: ex illo captio orta est, id est fallacia. nam deceptionis verbum barbarum est. Quod Cicero dicit, captiones discutere, & dissolvere, Aristoteles hoc lib. appellat τὸ πῦαλογισμὸς λύειν.

Ut enim in aliis hominibus vera corporis constitutio inest) καὶ ἂν τὸ εἶναι οἱ μὲν ἔχουσιν δὲ ἔχειν δὲ τὸ εἶναι, idem valet quod δὲ ἔχειν δὲ ὁ δόμα, quod dicitur vno verbo διέξι. de quibus dicendi generibus & latinis Ciceronis multa in lib. de optimo interpretandi genere diximus.

Quod more pomparum se ipsi comunt & comparant) φυλαπιῶς φυσιῶντος, καὶ ἐπισυλῶντος ἐωτῶς. Hanc Græcorum consuetudinem ad nostram transfuli, quod facilius res intelligi posset. Res autem apud Athenienses ita erat, auctore Athenæo in lib. qui δευτεροβιβλίου inscribitur.

itur. Cum utraque φύλη, id est tribus in sacris faciendis alteram diebus festis immolando vincere studeret, in aditu templorum statu faciebat ut carnes quas immolabat, sagina & abdomine referta esse viderentur. Et quoniam in eis non erat vera sagma, sed eius modo fallax imitatio ac species, ob eam causam Aristoteles eos in quibus non est vera pulchritudo corporis, se comparare eo modo ait solere, quo tribus Athenis carnes, quas diis festis diebus immolabant, speciem abdominis præ se ferre faciebant. Si cui ergo hoc nostrum factum & consilium minus probabatur, is sic habeat, hunc locum hoc modo explicari posse, φυλετικὸς φυτόχρητος, id est qui ut Athenis tribus carnibus abdominis speciem statu ementiebantur, sic crassiori vestitu se ipsi comparant. His enim tot verbis φυλετικὸς declarare cogimur, quoniam si dicam, tribuum more parum dicam.

Imperitis enim idem vsuvenit, quod ijs qui res procul prospiciunt, οἱ δὲ ἀπειροὶ, ὥσπερ αὖ ἀπείρουτος, πρὸ ῥωθεν θεωρεῖσι.) Alexander Aphrodisæus duobus modis exponit hunc locum, quorum eum quem magis probat, secutus sum.

Est enim in promptu, πρὸ ἔργου γάρβει.) πρὸ ἔργου εἶναι, vulgo putatur, operæ precium esse, & è re, ut dicimus è rep. & è re tua est. Alexandri tamen sententia est, & hoc in loco, & in alio qui hunc antecedit, πρὸ ἔργου εἶναι, βιωτῶν τῶν διωκμένων, καὶ κενῶν τῶν δόξαν, valere διὰ τὴν καὶ ῥαδίαν εἶναι, id est expeditam & facilem.

Aliæ enim ad docendum, aliæ ad differendum valent, διδασκαλικοί, διαλεκτικοί.) De nominibus quorum finis est ius, quemadmodum transferenda sint cum multis alijs locis, tum in lib. de optimo genere interpretandi multa diximus. Quos hic Aristoteles sermones διδασκαλικὸς vocat, Quintilianus tertio lib. c. 1. δογματικὸς nominat. Loquens enim de Placone, Sed alij, inquit, sunt eius sermones ad coarguendos qui cōtrā disputāt compositi, quos ἐλεγκτικὸς vocant: alij ad præcipiendū, qui δογματικοὶ appellantur.

Aliæ enim reprehēsiōes in verbis sunt, aliæ in rebus, οἱ δὲ γὰρ εἰσι πρὸ τῶν λέξεων, οἱ δὲ ἐξω τῶν λέξεων.) Cicero dictionem pro oratione solet dicere, non pro uno vocabulo, ut dictionem verbum græcum φῶσιν exponat, quod etiam elocutio dicitur. Reprehensionum divisionem ijsdem pene verbis exposui, quibus rhetores figuras, quarum alias verborum id est λέξεως faciunt, alias διανοίας, id est sententiarum. Sed quia reprehendit in hoc libro Aristoteles eos qui sic reprehensiones patiebantur, non dixi, alias esse

in sententijs, sed in rebus, quod verbum saepe Cicero dicit pro sententiarum. Neque enim illud ἔξω τῷ λέξεως mihi placet si transferatur, extra dictionem, aut verbum, sed id quod dixi, & Ciceronis sententia adductus: qui, ut dixi, res pro sententijs dicit: & ab Alexandro Aphrodisseo admonitus, qui hunc locum explicans Aristotelem ἔξω τῆς λέξεως, pro οἱ δὲ πρὸ τῶν πλεγματικῶν dixisse confirmat.

Earum quae in verbis spectantur, sex genera sunt, homonymia, ambiguitas, adiunctio, distinctio, accentus, forma orationis, est δὲ τὰ μὲν παρὰ τῷ λέξιν ἐμπροσθὺν, αὐτὸν φάτασίαν, ἔξ ὧν ἀρ. θμὸν, ταῦτα δὲ ὄντι, ὁ μωνυμία, ἀμβολία, σύνδεσις, διαίρεσις, πρὸς ὁδὸν, καὶ ἄλλα λέξεως.) Quia Aristoteles duo genera facit, ὁ μωνυμίας, & ἀμβολίας, quae duo inter se differunt, ut hoc in verbis coniunctis, illud in singulis spectetur: ego etiam haec separavi, Cicero quidem duo haec uno ambigui verbo complectitur. σύνδεσις, & διαίρεσις vulgo dicuntur compositio & diuisio, quoniam Boetius qui primus hunc librum conuertit, verbum ē verbo ita reddidit. Ego adiunctionem vel coniunctionem & distinctionem, latine dicenda censui. Quod mihi omnes concessuros spero si vis horum verborum quae sit explicauero. διαίρεσις quidem captio tum incidit, cum fit distinctio in verbo in quo non facienda: & contra σύνδεσις, cum non fit distinctio in eo in quo facienda est: sed id coniungitur cum alio, a quo distingui debet. Ut verbi causa in hac oratione qua paulo post vitur Aristoteles, ἐγὼ σε ἔδωκα δούλον ὄντα ἐλδύτῳ, quam sic verti, ut locus esset captioni, Ego te feci seruum existentem liberum: magnopere refert utrum participium ὄντα ad accusandi casum ἐλδύτῳ pertineat, an ad δούλον. Quod si vitanda ambiguitas causa, recte & latine omnes distinguendam quadam nota orationem esse dicent, quae significet quod verbum illud quod ambiguam orationem faciebat referendum sit, id est, cum quo coniungendum: certe omnes etiam hoc mihi dabunt, haec duo latine exprimi posse distinctionis & coniunctionis nominibus. Neque enim tum diuidendam orationem, sed distinguendam esse dicimus, & cerē notam illam distinctionem plerique nominant. In hoc verbo diu commoror, quoniam διαίρεσις recte etiam interdum diuisio dicitur, sed cum res in partes significamus tribui. Nam σύνδεσις vix nunquam componere dicitur. σύνδεξις enim Cicero nō compositum dicit, sed concretum, & raro, aut potius nunquam illud verbum componere conuertit. ἄλλα λέξεως dico formam verbi, sic enim malo λέξιν verbum, quam ora-

tionem, quoniam in verbi similitudine spectatur, cuiusmodi sunt valeo & doceo. λέγειν tamen cōverti orationē: ne si à cæteris discederem, artem viderer confundere. Et quoniam hoc totum genus in analogia cernitur, libentius ὁμοία dicam vel proportionem, vel rationem, vel analogiam, quemadmodum Varro, cum verba spectat ex ea, ut si doceo actionem significet, cur etiam valeo non significet? ὁμοία tamen formam dico, & cæteri figuram, utrunque recte, cum Varro appellat formam & figurā vocis & verbi.

Ex homonymia autem captiones ducuntur hoc modo, Qui sciunt, discunt, εἰσὶ δὲ παρὰ μὲν τῶν ὁμωνυμίων οἱ ἐκ τῶν ῥῆτῶν λόγων, οἳ ὅτι μανθάνουσιν οἱ ἐπιστάμενοι.) Aristoteles tradens locos unde sumunt argumenta captiosa sophiste, vitur hac ferè propositione, παρὰ cum accusandi casu. dici propter τὴν ἀ non placet, duntaxat in hoc genere. Illustrandæ igitur orationis causa varijs modis transtuli, quibus Cicero argumentorum tractationem docet. Ego his commentarijs non suscepi argumenta tractanda, sed tamen libenter studiosorum discendi gratia, quæ Aristoteles prætermisit, tractabo. Illud ergo intelligendum est, hoc exemplum quod hoc loco attulit, Qui sciunt, discunt, esse conclusionem argumēti quod tractari recte potest hoc modo, Grammatici profitentur artem suam: Qui autem profitentur, discunt: Igitur qui sciunt discunt. Hoc argumentum sumptum est ex Euthydemo Platonis, itaque verba eius hic poni melius est. καὶ πρὶν ἀναπνεύσει καὶ λῶς τε καὶ οὐδ' ἐμεινέειον. καὶ δὲ ξάμεν. ὁ δὲ Διονυσόδωρος, τί δὲ, ὦ κληνία, ὅτε περ ἀποσοματίζοι ὑμῖν ὁ γραμματικὸς, πότε οἱ ἐμάνθανον ῥῆτι παίδων τὰ ἀποσοματίζόμενα, οἱ σοφοὶ ἢ οἱ ἀμαθεῖς, οἱ σοφοὶ, ἔφη ὁ κληνίας. οἱ σοφοὶ ἄρα μανθάνουσιν, ἀλλ' ὅχι οἱ ἀμαθεῖς, id est, Ac prius quàm puer resspiraret, præclare eum & percommode Dionysodorus excepit, Quid Clinia, cum Grammaticus prælegit ac proficitur vobis, viri tandem pueri discunt & intelligunt ea quæ proficitur, docti, an ignari & indociles? Docti, inquit. Docti igitur intelligunt, non ignari. hæc ille. Ex quo facile intelligi potest prætermisam esse assumptionem, ut per enumerationem argumentum tractatur hoc modo, Cum grammaticus proficitur, aut docti intelligunt quæ proficitur, aut ignari. Nō ignari. Docti igitur intelligunt & discunt ea quæ grammaticus proficitur. Quinquam verbo latino parum commode hoc tractari potest, ut verbum ambiguum maneat. Sed ad alias captiones veniamus eiusdem generis, qualis est illa quam secundo loco proponit Aristoteles, Mala esse in bonis, quæ

conclusio est. Tractemus hoc modo licet. Mala oportet esse. Bona etiā oportet esse: Mala igitur bona sunt. in Græco exemplo ita dissolvit hanc captionem Aristoteles, ut dicat τὰ δέοντα homonymum esse. δέοντα autem dico quæ oportet cum Cicerone, non quæ expediunt, ut ceteri. Neque enim δέον expedire valet, sed oportere tātummodo. Cicero pro Cornelio Balbo, Nunc verò quid dicitur? quid ait accusator fecisse Pompeium? quod ei facere non licuerit. quod gravius est, quàm si id factum ab eo diceret, quod non oportuisset. Est enim aliquid quod non oporteat, etiam si licet. quicquid verò nō licet, certè non oportet. Tertium etiam exemplum illud. captionis quæ ex homonymia sumitur, eundem sedere & stare, conclusio est argumenti captionis, cuius tractatio talis est, Qui sedet, surgit: qui autem surgit, stat: qui igitur sedet, stat. Eodèmq; modo tractari illud potest cuius est illa conclusio, Eundem ægrotare & valere: qui curatur valet, qui autem ægrotat curatur. valet igitur is qui ægrotat.

Ex ambiguitate hoc modo, Velle me hostes capere, πῶς δὲ τὸ αὐτοβόλιον οἱ τοιοῦτοι βέλεσθαι λαβεῖν με εὖ πολέμους.) Dixi quid inter ὁμοθυμίαν & αὐτοβόλιον interesset. hanc enim in coniunctis verbis spectari, illam in singulis. Quod vel facillimè ex hoc exemplo, quod primū attulit Aristoteles, intelligi licet. Neque enim ullum verbum est quod multa declaret, sed ambigua est oratio solum ob verborum coniunctionem. Tractarem etiam hoc genus ut superiora, si ratiocinatione posset. Tale est illud, Dico te AEacida Romanos vincere posse.

Itaque ad alia veniamus. Secundū ambigui genus est illud, Num quod quis cognoscit, id cognoscit? Ambiguum est enim propterea quòd id nominādi casu esse, & accūsandi potest. Hoc autē facile est, & quod sequitur, Num quod quis videt, id videt?

Et liceátne σιγῶντα loqui? καὶ ἄρα οἱ σιγῶντα λέγεις;) Ego in hoc græcum relinquere malui, quàm latinum parum aptum dicere. Neque enim si silentia dicamus, ambiguo locum ullum relinquemus, quoniā in hoc exemplo si ponatur erit neutrum multitudinis. σιγῶντα autem & neutrum multitudinis, & virile numeri singularis. Tractatio autē eius est huiusmodi. Licetne σιγῶντα dicere? Si is quem roget, aiat. Lapidēs autem quæ sunt σιγῶντα dicis: σιγῶντα igitur dicunt. Quanquam hoc modo non proprie videtur dicere, quoniam non latina videtur hæc oratio, Dicis lapides, ut apud Græcos λίθους λέγεις. sed dicimus, de lapidibus loqueris, aut dicis. Sumpsum

est etiam hoc genus ex Euthydemō Platōnis penē extremo, apud quem explicatum est hoc modo, ἢ γὰρ ὅτι οὐκ ἔστιν οὐδὲν διονυσώδωρ, σιγῶντα λέγει; οὐδ' ὅπως οὐκ ἔστιν ὅς ὁ Κτήσιππος, ἃ ὅτι λέγονται σιγῶν; ἢ τί ἢ ἔστιν, ἔφη. ὅταν δὲ λίθος λέγῃς καὶ ξύλα, καὶ σιδῆρα, ὅτι σιγῶντα λέγῃς. &c. id est, Quid enim, inquit Dionysodorus, possuntne σιγῶντα loqui? Nullo modo, inquit Ctesippus. An'ne λέγοντα quidem tacere? Multo etiam minus, inquit. Quid cum de lapidibus infers sermonem, de lignis, & ferro, nōne σιγῶντα dicis? &c. Nam cum hic Ctesippus tacuisset, eum Dionysodorus reprehendit, & facillē intelligimus quid concludere velit argumentatio. Hæc vocabula σιγῶντα in superiore captionē, & in ea qua quæsitum est, ἐστὶ λέγοντα græca relinquenda sunt, si locum captioni relinquendum existimamus, sicuti existimare debemus. Nam in superiore Platōnis exemplo, σιγῶντα et λέγοντα, duobus casibus accipi, hinc intelligi potest, quòd & is qui interrogatus est numero singulari ea accipi intelligens, id totum negavit, & Dionysodorus ad multitudinis numerum traduxit ut caperet aliterum. Absoluto perfectoque hoc argumento ibi id quod cœperat absoluit Dionysodorus, ἐστὶ λέγοντα λέγειν, multa quæ alia, quæ si quis legere cupiat, locum indicavi.

Ex coniunctione autem hæc sunt orationes, Sedentem ambulare posse, & eum qui non scribat, scribere, πᾶρά δὲ τῷ σωθεῖσιν τὰ τριῶν, δι' ὅς διώκεται καὶ ἀμύνομαι βαδίζειν, καὶ μὴ γράφοντα γράφειν.) Persequamur institutum, & si hæc genera captionum ad explicandum facillima sunt. Prior captio, hoc modo, Qui sedet ambulare potest: Socrates autem sedet, Socrates igitur sedens ambulare potest. Altera hoc modo, Qui nō scribit, is scribere potest: Aristoteles autem dormiens non scribit: Aristoteles igitur non scribens, potest scribere. Vel hoc modo, ut superiorum propositiones in conclusione collocentur, Socrates sedens ambulare potest: Socrates autem sedet, Qui ergo sedet ambulare potest. Eodemque modo altera. Hæc enim posterior tractatio ad Aristotelis sententiam magis dirigitur. Ego enim longa observatione Aristotelem in exemplis proferendis animadverti, tum cum exemplo proponit ὅτι, eam enunciationem in conclusione ponendam: cum tractatur argumentatio, cum ὡς, aut similem vocem, in propositione, ut has tres partes argumentationis perfectæ intelligamus, propositionem, assumptionem, & conclusionem. Quocirca de hac re ab Alexandro Aphrodisæo valde dissentio. Is enim duo illa exēpla in prima parte argu-

mentationis vult collocari. Atque etiam in tractatione ab eo discrepo. concludi enim vult in his captionibus enunciationem in qua verbum possum aut simile non collocetur. Vt si explicem argumentum hoc modo, Qui sedet, potest ambulare: Socrates autem sedet, Socrates igitur ambulat. At idē etiā non sedet: Socrates igitur ambulat & non ambulat. Neque enim puto quenquam adeo amen. em vt id vela concludere. Quod si quis veli, tamen non erit in cōiunctione captio. Argumentum enim ducetur, vt vulgus dialecticorū dicit, à posse, adesse. Est enim illius argumenti explicatio. At eius de quo hic agitur explicatio est illa quā hic Aristoteles tradit, ut distinguamus, Socratem sedentē ambulare posse, quæ est propositio, an tum cū sedet simul ambulare possit, quod fieri non potest: an tum cū sedet, vim eam habeat, vt aliquando ambulet, quod verū est. Sic in eodem sensu conclusio erit danda.

Ex distinctione hoc modo, Quinque sunt tria & duo, & par numerus & impar, πέντε δὲ τὸν διαίρεσιν, ὅτε τὰ πέντε ὅτι δύο καὶ τρία, καὶ πᾶσι καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν. Quæ hoc loco proponit, cōclusiones sunt, id est, tertia pars argumentationis, quam hoc modo tractare possumus, Quinque sunt duo & tria: Duo autem & tria sunt par numerus & impar, Quinque igitur sunt par numerus & impar. Nam illud primum quod affert, Quinque sunt duo & tria, propositionem esse existimo totius argumentationis: & id quod sequitur, par numerus & impar, conclusionem, vt tantum desit assumptio. In illa autem conclusione quæ apud illum sequitur deinceps, Quod maius est, æquale esse, dandi casus intelligitur, vt sit hæc plena oratio, Quod maius est, æquale minori esse. Isque tractabitur hoc modo, Octo & duodecim sunt minor numerus & maior: Duodecim autem sunt octo & quatuor: Maior igitur numerus par est, & æqualis minori. Sic enim tractandum esse argumentum ratio illa Sophistarum indicat, propterea quod tantum est, & eo amplius. Sed argumentum illud est infirmum, Duodecim sunt octo & quatuor. Duodecim igitur sunt octo. Quod illi volunt. Nam & coniuncte est accipiendum, non distincte, vt in hac oratione. Aristoteles est & Dialecticus & Physicus.

Hoc & imbre putrescit, & μὲν δὲ καὶ ταπύδε τοι ὁμβρεῖ. Dimidiatus est versus ex 23. Iliados Homeri sumptus, totus autem versus est,

ἢ σφοδρὸς ἢ τὸ δύνῃς δὲ μὲν δὲ καὶ ταπύδε τοι ὁμβρεῖ, id est,

Ilicis aut piceæ pars non putrescit in vnda.

Ego autem in dimidiato versu & i. non græcum reliqui, vt quid Homero mastiges & inuidos reprehendere in Homero hac in parte Aristoteles di-

ceret, intelligeremus. Neq; enim mihi probatur, quod Boetius hoc loco fecit. Hoc enim dimidiato versu, usq; omnibus quæ ad eum explicandū pertinent detractis, ipse versum Vergilianum Aristotelem pronunciantē facit, quod quàm ridiculum sit, omnes scire arbitror. In dimidiato autē illo versu transferendo, & sic posui, ut Græci solent, qui non absunt vocales.

Plurimum autem valet ad exprimendum aliquid, quod sit contra opinionem omnium, id quod Callicles in Gorgia commemorat. Atque etiam veteres omnes ex eo quod natura, & legi consentaneum est, id effici putabant. Naturam enim legi repugnare, et iustitiam lege honestā esse, natura non esse. Debet igitur ei qui naturā consentaneum quid dixerit, lex opponi: & natura ei qui legem proferet, &c. *ὡλίστος δὲ τῦπὸς ὅστις τῷ περὶ ἐν ἡρώδοξῳ λέγειν, ὡς ὁρ καὶ ὁ καλλικλῆς ἐν τῷ γοργίᾳ γέγραπται λέγουσι. καὶ οἱ ἀρχαῖοι δὲ πάντες ὧν το συμβαίνειν πρὸς τὸ φύσιν καὶ κατὰ τὸν νόμον, ἐναντία γὰρ εἶναι φύσιν καὶ νόμον, καὶ πῶς δικαιοσύνη καὶ τὸν νόμον μὲν εἶναι καλόν, καὶ τὰ φύσιν δὲ ἔκαλον. εἶναι δὲ, πῶς μὴ τὸν εἰδόντα τὸ φύσιν, κατὰ νόμον ἅπαντα. πρὸς δὲ τὸν κατὰ νόμον, εἰς πῶς φύσιν ἄγεις.)* *Hunc locū totū ex Gorgia Platonis sumptū, nō alienū erit afferre.* *Ἐῖτωγε κατ' αὐτὸν ὅτι, ἐκ ἀγαθῶν πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι σοὶ (μεταχώρας) σε, τὸ ἀδικεῖν αἰχλίον εἶναι τὸ ἀδικεῖσθαι. ἐκ ταύτης γὰρ αὐτὸς ὁμοθυμαδὸν αὐτὸς ἑαυτοῦ συμποδισθεὶς ἐν τοῖς λόγοις, ἐπεπομένω αἰχλυοσθεὶς ὁ ἐνός ἐπῆν. σὺ γὰρ τῷ ὄντι ὡς σώκρατος εἰς τοιαῦτα ἄγεις φορητὰ καὶ δημηγορικά, φασικῶν πῶς ἀλήθειαν δίδωκεν, ἃ φυσικὰ μὲν ἐκ ἐστὶ καλὰ, νόμος δὲ ὡς τὰ πολλὰ δὴ ταῦτα ἐναντία ἀλήθειαι ὄσιν, ἥτε φύσις καὶ ὁ νόμος. ἐὰν δὲ τις αἰχλύνῃται, καὶ μὴ πολὺ λέγειας, ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ ζῆται ἐναντία λέγεις. ὁ δὲ καὶ σὺ ὅτι τὸ σοφὸν κατανενοηκὸς, κακουργεῖς ἐν τοῖς λόγοις. ἐὰν μὲν τις κατὰ νόμον λέγῃ τὰ κατὰ φύσιν ὑπερωτῶν. ἐὰν δὲ τὰ τῆς φύσεως, τὰ τῶν νόμων, ὡς ὁρ αὐτῆς ἐν τοῖς τοῖς ἀδικεῖν τε καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι, ἴδωκεν τὸ κατὰ νόμον αἰχλίον λέγειν, σὺ τὸν νόμον ἐδιδάχθης. φύσει μὴ πᾶν αἰχλίον ὄσιν ὅτι καὶ κακίον τὸ ἀδικεῖσθαι, νόμος δὲ τὸ ἀδικεῖν. Veriam ut potero. Ob eamque causam non laudo Polum, quod tibi cōcesserit, turpius esse facere quā accipere iniuriam. Hoc enim concessio, ita à te disputando irrenitus est, ut ore compresso vereretur quæ sentiret d cere. Nam tu quidem certè, Socrates, dum te verum sequi proficeris, ad res nos importunas & proprias concionum traducis differendo, quæ natura honestæ sunt, lege non item. Hæ enim res due, lex*

h iij

Et natura inter se, ut pleraque alia, contraria sunt. Ita si quis vereatur nec ausit dicere quæ sentiat, pugnātia dicere cogetur. Quod tu cū animadvertas, tamen veteratorem te in disputando præbes, Et si quis id dicat quod cū lege consentiat, tum de eo quod accommodatum naturæ est interrogas, sin ea quæ naturæ congruant, de ijs, quæ legi sunt consentanea. ut modo cum de inferenda accipiendâque iniuria differeres, Polusque id quod legi cōgrueret turpius esse diceret, legem tu es persecutus. Natura enim accipere iniuriā ut turpius est, sic in maiore vitio: lege autem facere iniuriam.

Et Euthydemus illa oratio, *Vidistine triremes nunc quæ sunt in Piræo, ex Sicilia?* καὶ ὁ Εὐθυδήμης λέγει. Ἄρα οἷός τις σὺ νῦν εἶσας καὶ πῆρῶν τριήρης ἐν Σικελίᾳ ὄν; Erunt fortassis, qui hanc interrogationem sumptam esse putabunt ex Euthydemio Platonis, atque ego ipse in eadem fui sententia, quoad perlecto diligenter eo libro, eam illic nō reperi. Itaque eam ex illius aliquo libro Aristotelem sumpsisse existimo, vel ex fama, vulgiq̃ue sermone. Facilis est autem eius quæstionis explicatio. Est enim in distinctione, quoniam ex coniunctione existit captio. Ponamus quempiam esse nobiscum in Piræo, qui cum disputemus, Est autem portus Atheniensium, aut erat potius. Tractatio erit huiusmodi, Es nunc tu in Piræo: Et triremes hinc vides quæ sunt in Sicilia: vides igitur nunc tu triremes quæ sunt in Piræo è Sicilia.

Eiusmodi est hæc. An εἰς habitas domus est? est ergo εἰς habitas, negatio illius habitus, οὐδ' εἰς ὁ λόγος, ἀρὰ γὰρ ὅτι, εἰ εἰς κατὰ λῆναι οἰκίαν, εἰς αὐτὸ εἰς κατὰ λῆναι τὴν κατὰ λῆναι ἀπόφασιν. In hac captione εἰ coactus sum relinquere, ut vis eius maneret. In propositione εἰ est tunc circumflexo notatum, Et idem efficit quod ubi. κατὰ λῆναι enim est interdum habitare, quomodo Plato initio Pythagoræ usus est. Loquens enim de Pythagora Hippocrates, κατὰ λῆναι δ', ὡς ἐγὼ ἤκουσα, πῶς καὶ μὴ τῷ Ἱπποκρίτῃ, id est, Habitat autem ut ego audio, apud Calliam Hipponici filium.

Ut in hac oratione, fieri ne possit, ut aliquis quid simul faciat Et fecerit? Atqui fieri potest, ut aliquis quid videat, Et eadē ex parte viderit, οὐδ' ἐν τῷδε τῷ λόγῳ, ἀρὰ οὐδέχεται τὸ αὐτὸ εἰς αὐτὸς πρὸς τὴν κατὰ λῆναι; ἀλλὰ μὲν ὅρα γὰρ καὶ ἐώρακέναι τὸ αὐτὸ, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ οὐδέχεται. In quæstione intelligēda est respondentis negatio, ut à simili Sophistes refellere videatur. Ita fit ut in cōclusionē id quod quærebaui, sit collocādū. hoc modo, Fieri ne potest, ut aliquis quid faciat Et fecerit? quo negatio, Atqui fieri potest, ut quis quid Et videat et viderit ex eadē parte.

Ut ergo etiam aliquid faciat & fecerit. Argumentatio hæc duabus tantum constat partibus. Sed facile propositio illa intelligitur, Eiusdem rationis, & figura sunt facere, fecisse, videre, & vidisse. Quæ propositio nisi dissolvatur & explicetur, quemadmodum tradit Aristoteles, ceriè firma erit argumentatio. Dicendum est igitur non esse similis figuræ, quia facere agere significat: videre autem pati quid & accipere. Quæ eadem explicatio in simili illa captione valet, An aliquid eorum quæ patiuntur, etiam facere possit?

Eiusdem generis hæc omnes sunt, An ea manu quæ quis non habeat verberet? Aut eòne oculo quis videat quem non habet? ὁμοιοι δὲ καὶ οἷδε πάλιν οὗ, ὅτι μὴ ἔχει, καὶ τὸ πῶς αὐτῷ ὅτι μὴ ἔχει ὁ φασαλμῶν, ἰδίοι αὖ;) *Hæc captiones aliæ sunt, atque multi putent. Intelliguntur enim in ijs hominibus qui duas manus duosque oculos ipsi habeant, ut quærat an si altera manu verberet, aut altero oculo videat, is eadē sit eius habenda. Et Sophistes quidem vult non esse illius, cum habeat duas. Aristoteles autem id refellit, quoniā non pulsatur manu quæ non habet, sed quatenus non habet. Neque enim vnā modo habere illum, & modo qualitatem quandā significat aut non cum alio. Multi autem poterunt primo quasi aspectu hæc captiones transferre, ad eos, qui verberent alios accepta illorum aut aliorum manu; & ad eos qui cum cæci sint, aliorum oculis aspectuque intueantur, qualis est ille apud Callimachum qui mutilum hominem illum quidem, sed videntem in humeros suos imposuit.*

Et, An quod discit quispiam, id est quod discit? καὶ ὅτι ὁ μαθητὴς ὁ μαθητῶν, τὸ τὸ ὅτι ὁ μαθητῶν;) *In hac captione questio quantitatis ad qualitatem refertur. Quod facile ex tractatione intelligi licebit. Quod quis discit, id est quod discit: Quis autem discit tardè, quod celeriter traditur? Est igitur tarde idem quod celeriter. propositio est in quæritate, & qualitas concluditur. Nam oratio præsertim vocalis est in categoria quantitatis, & tarditas & celeritas in qualitate.*

Scisne quid ex te sim quæsiturus? Nostim' eum qui ad nos venit & eum qui opertus est? an statua opus tuum est? an tuus canis pater? an admodum pauca pauca sunt?) *Hæc captiosæ interrogationes ex attributis personarum & accidente nascuntur. Totam argumentationem tractabimus sigillatim hoc modo. Scis ne quid ex te sim quæsiturus? faciamus alterum negare, tum refellendo ita Sophistes ducet argumentum. Quid sit Dialectica scis: Hoc*

autem à te fui quæsiturus, Quod igitur à te fui quæsiturus, id scis. Nosti eum qui ad nos venit & operius est? Si neget, Sophistes ita refeller: Corydonem nosti, Corydon autem ad nos venit: Eum igitur qui ad nos venit & operius est, nosti. Eum autem dixisti te ignorare: Eundem igitur & nosti & ignoras. Illud etiam eodem modo: Est ne hæc statua opus? Si concedat, ut certe concedet, tum ille, Statua autem hæc tua est: Statua igitur hæc opus tuum est. Atqui est statuarij opus. Est igitur hæc statua & non est opus tuum. Facilius his explicatu est hæc trita omnium sermonibus, Est ne hic canis pater? Ponamus enim canem habere catulos. Itaque assentietur. Est autem tuus. Est igitur hic canis tuus pater. Hæc autem postrema pluribus à Cicerone disputatur in 4. Academicarum quæstionum. Sunt ne admodum pauca, pauca; Si annuat, tum ille concludet, Sunt autem exempli causa, centum ad decies centena millia pauca. Centum igitur pauca sunt. Aiqui multa sunt ad decem. Centum igitur & multa sunt & pauca. Communis harum omnium captionum explicatio, alia atque alia intelligentia, ratio & cogitatio est.

Fieri ne possit, ut idem simul sanctè iuret & peieret? Hoc si alter neget, ille ita contendet, Aliquis, exempli causa, Socrates qui iuravit se peieraturum, peieravit. Rectè igitur iuravit, quoniam id quod se facturum esse iurauerat, præstitit. Idem igitur sanctè iurat & peierat. Hanc interrogationem aliqui ut Chrysippus & Cicero eum secutus in inexplicabilibus ponunt. Aristoteles autem ponit eam existere ex eo quod quadam ex parte est, quod cerè falsum est. Non enim qui se iurat peieraturum, rectè iurat, quandoquidem periurium etiam nature lege non est concessum. Nec si quis præstat quod se iuravit facturum, idcirco rectè iurasse intelligitur.

Quò τε μεθε, ὁ πόρ τε μεθε.) In hac τε μεθε græcum coactus sum relinquere, ut ambiguum verbum maneret. Si enim dicam, Quò mittimini, mittor vno modo dicitur, τε μεθεαυτῶν autem, ut ait Alexander, & mitti, & ire. Quod autem ponit Aristoteles, πρὸς τὴν κἀπαλιν, interpretor, ad dirptionem, quoniam κἀπαλιν est depopulo, diripio, euerto, nisi forte euersionis verbum erit aptius.

Et, utra bonum ἐμπροσθεν peperit? neutra, sed pone utraque. In hac etiā captiosa interrogatione ἐμπροσθεν reliqui, quod verbum est ambiguum, ut ex responsione intelligi potest. Nam ἐμπροσθεν aduerbium est temporis significans superiore tempore, siue prius & antehac, & contrarium est

ὁ πῶς, quod quoniam valet à tergo, retro, ponè, illud etiam valet à frō-
te antè. Locus huic captioni in nostra lingua esse potest. vi si querat quispiā,
La quelle de ces deux vaches a vesle par cy deuant : & respondeatur, ne
nulle ne laulire, mays toutes deux par derriere.

Et ὁ πῶς Boreas? certè non. interfecit enim mendicum & emptorem
quendam.) ὁ πῶς apud Græcos tranquillus d. citur, & castus seu inte-
ger. Quod ergo is qui ponit quæstionem intelligebat, de tranquillitate Aqi-
lonis, id ad impuritatem respondens transtulit. Verbum ergo græcum non po-
tui commodè & aptè ad captionis ambiguitatem detrabere.

Hæc omnino perpauca sunt, quæ vel admonuimus vel tracta-
uimus, his de causis quæ initio exposite sunt à nobis.

Nam & verba alia ferè alijs locis explica-
uimus, & captionum reliquarum
facilis est tum explicatio,
tum tractatio.

τέλος.

P A R I S I I S,

Excudebatur apud Ioannem Lodoicum Tiletanum.

M. D. XLVII.

